



## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1925**

De B. Ambrosio Massano Confessore Ordinis Minorum Urbeveteri In  
Umbria Commentarius Praevius

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

AUCTORE  
H. D.

primas iussu papae ordinavit Turolfum in civitatem Blasconam, qui omnium curas ageret (1). Haec certe obiter perstrinxit et parum perspecta habuit. Ita quoque ille qui scholion XCIV concepit, de nostro, ut videtur, Iohanne: Iohannes ad insulas Baltici maris destinatus est (2). Iter enim maritimum, e Saxonia susceptum, Suebicum mare menti eius obiecit (3).

Quando-  
nam in  
Islandiam  
projectus  
sit.

6. Quod Iohannes in Islandiam navigaverit nulla videtur ratio ambiendi; quod ab Adalberto eo missus fuerit non ita perspicuis certisque testimoniis asseritur, immo verum non est, si Iohannes unus est ex illis de quibus Gesta episcoporum seu Hungrvaka haec narrant: Um daga Ísleifs byscops kómo út byscopar af öðhrom löndom, ok budho mart linara an Ísleifr byscop: urdho their thvi vin-sæler vidh vánda menn, thar til es Adalbertus erki-byscop sende bréf til Íslanz, ok bannadhe mönnon alla thionosto af them at thiggja, ok kvadh thá suma vesa bann-setta en alla í ó-leyfe sino faret hafa (4). Latine: In diebus Ísleif episcopi advenerunt episcopi ex aliis regionibus qui mitiora imperia imposuerunt quam Ísleif episcopus. Ideo pravorum hominum amici facti sunt, donec Adalbertus archiepiscopus litteras in Islandiam misit prohibuitque homines ne quod ministerium ab iis acciperent, et dixit quosdam eorum esse excommunicatos et omnes absque sua licentia ivisse. Quicquid id est, si Iohannes vel iubente Adalberto, vel eo inscio, iam sedente lamen in Islandiam venit, non ante annum 1043, quo Adalbertus episco-

patum assumpsit, projectus est. Quod autem diebus Ísleivi id contigisse dicatur, de huius vitae tempore, non de episcopatu (1056-1080) nonnulli intellexerunt (5). Sunt qui sedem Mecklemburgensem anno circiter 1052 conditam existiment (6), alii aliquot post annis (7), certe non post 1062 cum in diplomate quod hoc ipso anno emissum est, diocesis Ratzeburgensis quae simul cum Mecklemburgensi constituta est, mentio facta sit (8). Neutra sententia rationibus Conradi Maurer opponitur, qui Iohannem annis circiter 1046-1050 Islandorum genti verbum divinum praedicasse opinatur (9).

7. Unius elementi neglectu factum est ut crederetur Iohannes noster non in Vindlandiam seu Vandaliam projectus, ibique martyrium passus, quemadmodum in Gestis episcoporum Islandiae legimus, sed in Vinlandiam (10), ita ut sancti episcopi palaestra e Slavia in Americae oram orientalem transferretur, ipseque Americae protomartyr haberetur (11). Vinlandia enim pars est Americae Septentrionalis quae saeculo X exeunte ab Islandis reperta esse, hodieque nominibus Massachusetts et Rhode Island designari putatur (12). At vero lectio libri Hungrvaka, cuius excerptum dedimus, minime dubia est, et cum Adami assertis optime quadrat (13). Iohannes quippe noster, ex Islandia redux, ab archiepiscopo Adalberto ad Slavoniae gentes deputatus, et Mecklemburgi episcopus constitutus, glorioso martyrio in Vindlandia ad Deum migravit.

Americae  
protomartyr non  
fuit.

(1) Gesta, lib. IV, 34, t. c., p. 183. Lege Waitzii annotationem ad hunc locum. — (2) Gesta, append. I, III, t. c., p. 151. — (3) Cf. K. MAURER, Die Bekehrung des Norwegischen Stammes zum Christentum, t. II (München, 1856), p. 585, annot. 74. De Iohannis missione Islandica lege quoque A. D. JØRGENSEN, Den Nordiske Kirkes Grundlæggelse og første Udvikling (Copenhagen, 1874-1876), pp. 672, 701; Tillæg, p. 101; K. MAURER, Vorlesungen über altnordische Rechtsgeschichte, t. II (Leipzig, 1908), p. 39-41. — (4) VIG-FUSSON, t. c., p. 429. — (5) MAURER, Die Bekehrung des Norwegischen Stammes, t. II, p. 582, annot. 61. — (6) LAPPENBERG, in Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde, t. IX, p. 394. — (7) G. DEHIO, Geschichte des Erzbistums Hamburg-Bremen, t. I (Berlin, 1877), p. 68-69. — (8) LAPPENBERG, Hamburgisches Urkundenbuch, n. 90. Cf.

MAURER, t. c., p. 585, annot. 76; J. WIGGERS, Kirchengeschichte Mecklemburgs (Parchim und Ludwigslust, 1840), p. 24. — (9) Vorlesungen, t. II, p. 41. — (10) Cf. FINNI IOHANNI Historia ecclesiastica Islandiae, t. I (Hauniae, 1772), p. 87-88, annot. c. — (11) Ita G. GRAVIER, Découverte de l'Amérique par les Normands (Rouen, 1874) p. 166; O. MOOSMÜLLER, Europäer in Amerika vor Columbus (Regensburg, 1879), p. 49; L. JELÉ, L'évangélisation de l'Amérique avant Christophe Colomb, in Comptes rendus du Congrès scientifique des Catholiques, Paris, 1891, t. V, p. 172. — (12) REEVES, The Finding of Vinland the Good, Oxford, 1890. — (13) De re optime disseruit I. FISCHER, Kann Bischof Iohannes aus Irland († 1066) mit Recht als erster Martyrer Amerikas bezeichnet werden? in Zeitschrift für katholische Theologie, t. XXIV (1900), p. 756-58.

## DE B. AMBROSIO MASSANO

AN. 1240

CONFESSORE ORDINIS MINORUM

URBEVETERI IN UMBRIA

COMMENTARIUS PRAEVIUS

B. Ambrosii  
Massani

1. In ecclesia Sancti Francisci Urbeveteri sub altari maiore condita servantur ossa B. Ambrosii de Massa ex Ordine Fratrum Minorum. De sancto viro si historias interrogaveris, haec tantum

accipies. Ambrosius ortu et genere ignotus, habitu Fratrum Minorum indutus est in conventu Massae (1). Quindecim circiter annos in Ordine transigit, austeritate vitae et caritate in domesticos

(1) Utique Massa Maritima (Massa di Maremma, prov. et circond. di Grosseto), cuius loci

conventus iam recensetur in Provinciale Ordinis Fratrum Minorum, ed. C. EUBEL (Quaracchi, et



A et externos praecipue insignis, donec divino admonitu instare sibi mortem praedixit et locum indicavit unde ad superos transiturus esset. Obiit Urbeveteri, anno 1240, uti facile colligitur e documentis quae modo allaturi sumus. In eius exsequiis miracula nulla contigerunt et opinionem sanctitatis qua vivus claruerat non parum auxerunt.

2. Ipso anno quo B. Ambrosius e vivis excessit «Potestas, consilium et populus Urbeveteranus» summum pontificem Gregorium IX supplicibus litteris rogaverunt ut novum thumaturum inter sanctos referret. Die 24 maii 1240, Gregorius IX pontificio rescripto mandavit Rainerio episcopo Urbeveterano (1), Gualcherino episcopo Suanensi (2) et fratri Cittadino priori Sancti Iohannis in Plalea, Ordinis S. Augustini, ut ascitis viris religiosi Deum timentibus, de operibus et miraculis dicti fratris inquirent (3). Quapropter in omnibus ecclesiis civitatis edictum est ut quicumque miraculum novissent a sancto patrum, ad inquisitores se conferrent testimonium perhibiturum (4). Inde a die 12 iunii 1240, testes interrogari coepti sunt. Postquam die 16 februarii anni 1241 hominum amplius ducentorum testimonia collecta fuerant, inquisitio videtur conclusa fuisse.

Non multo post tempore, die 22 augusti 1241, vita junctus est summus pontifex Gregorius IX, cum iam in animo haberet beatum Ambrosium in sanctorum album referre, si tamen in hoc fides habenda est Bartholomaeo Pisano (5). Novem circiter annis postea Urbeveterani sponte sua causam redintegrandam duxerunt et per Hugolinum Philippi et Ildibrandinum Raynerii, legatos suos, ad summum pontificem Innocentium IV «depositiones testium» publico instrumento consignatas transmiserunt. Has summus pontifex cardinalibus Ricardo a Sancto Angelo et Iohanni a Sancto Nicolao in Carcere examinandas tradidit. Qui censuerunt formam iuris in omnibus accurate servatam non fuisse. Quapropter summus pontifex litteris 2 dec. 1250 Constantino (6) episcopo Urbisveteris, qui Rainerio successerat, et Gualcherino episcopo Suanensi et Cittadino priori Sancti Iohannis praecipit ut testes denuo citatos audirent et pro re nata nova etiam testimonia colligerent (7). Hi videntur Urbeveteri in ipso loco com-

missa sibi inquisitione tempestive perfuncti esse. Sed de miraculis quae alibi contigisse ferebantur ipsi legati, cum aliis causis tum bellis et incommodis itinerum prohibiti, percontari non potuerunt. Itaque cum res moram traheret, Innocentius IV die 24 martii 1252 litteris apostolicis potestatem iisdem fecit curandi ut sive per locorum ordinarios sive per abbates Ordinis Cisterciensis et priores Fratrum Praedicatorum cognitionem instituerent iis in locis ad quos legati ipsi accedere non possent (8). Num id factum sit, e documentis non liquet. Nam nullum testimonium ad nos pervenit quod videatur hac via comparatum fuisse.

3. Neque ex ipsis documentis certo novimus num legati testimonia a se recognita vel denuo collecta ad summum pontificem detulerint. Videtur tamen hac cognitione Sanctae Sedis religioni satisfactum fuisse. Et re quidem vera die 14 iunii 1257 Alexander papa IV ad episcopum Urbeveteranum Constantinum litteras dedit in haec verba: Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri... episcopo Urbeveteran. salutem et apostolicam benedictionem. Intelleximus corpus bon. memor. fratris Ambrosii de Ordine Fratrum Minorum apud Urbemveterem requiescere in loco fratrum eiusdem Ordinis indecenti. Cupientes proinde ut in loco ipsorum fratrum decentiori ob divinam reverentiam et sua eiusdem merita recondatur, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus una cum clero tuo ad locum predictorum fratrum accedens, supradicti fratris corpus in locum predictum, ubi discretioni tuae, de consilio ipsorum fratrum decentius visum fuerit, transferas cum debita reverentia et honore. Nos etiam de gratia speciali concedimus, ut die translationis eiusdem dumtaxat possit divinum officium in loco dictorum fratrum, excommunicatis exclusis, solemniter celebrari, interdicto, cui terra illa supponitur (9), non obstante. Datum Viterbii, XVIII kal. iulii, pontificatus nostri anno tertio (10). De ipsa translatione nihil memoriae proditum est. Verum ex omnium hagiographorum et historicorum testimoniis constat in ea ecclesia honorifice custoditas fuisse B. Ambrosii reliquias.

4. Quae cum ita sint, de sanctitate B. Am-

Sancitum  
eius  
cultum

E  
eius reli-  
quiarum  
elevatio

F  
sola  
ostendit.

1892), p. 61. De antiquissimo illo conventu multa haberi inter scripta P. Francisci Antonii Benoffi († c. 1782), Pisauri in biblioteca Oliveriana, monet P. Saturninus Mencherini, *Croniche dei Frati Minori della Provincia di Toscana* (Arezzo, 1913), p. 435, annot. 4. Qui vir doctus a nobis interrogatus humanissime rescripsit in schedulis Patris Benoffi B. Ambrosium memorari his verbis: «Questo convento dicono fosse abitato dai Vallombrosani, e da questi passò a S. Francesco che operò quivi tre miracoli. Certo che il B. Ambrosio vi prese l'abito circa il 1220, visse nell'Ordine 15 anni, e morì nel 1236. Si trattò di canonizzarlo l'anno 1240.» Et paulo interius, de altari maiore agens: «A lato destro v'è la cappella anticamente di S. Caterina, e presentemente vi sono dipinti li BB. Ambrosio, Iacopo e Bernardo de Massa.» — (1) Electus VI id. apr. 1228, † post an. 1247, UGHELLI, *Italia sacra*, (1718), t. I, p. 1470. Die 7 oct. 1249 certe non erat inter vivos. G. CAPPELLETTI, *Le Chiese d'Italia*, t. V (Venezia, 1846), p. 484. — (2) Electus an. 1221, † post an. 1253, UGHELLI, t. III, p. 736-38. Die 5 iul. 1260 perhibetur tanquam «bonae me-

moriae». CAPPELLETTI, op. c., t. XVII (1862), pp. 741, 743. — (3) Processus, num. 2, infra. — (4) Processus, num. 69, infra. — (5) «Sed mortis papae [Gregorii] praeventione catalogo sanctorum non est annotatus.» BARTHOLOMAEUS DE PISA, *De conformitate vitae beati Francisci ad vitam domini Iesu*, ed. in *Analecta Franciscana*, t. IV, p. 250. — (6) Ex Ordine Fratrum Praedicatorum, electus vertente anno 1249 vel an. 1250, defunctus an. 1257. UGHELLI, *Italia sacra*, t. I, p. 1470. — (7) Litterae Innocentii IV apud SBARALEA, *Bullarium Franciscanum*, t. I, p. 561. — (8) SBARALEA, t. c., p. 599. — (9) Excommunicationem et 1000 marcarum multam Narniensibus et Urbeveteranis Alexander IV, litteris 14 maii 1257 datis, imposuerat, nisi ab incursionibus in Tudertinis cessarent. Quam sententiam idem pontifex d. 29 sept. eiusdem anni relaxavit. L. FUMI, *Codice diplomatico della città d'Orvieto* (Firenze, 1884), pp. 213, 217. — (10) Apud SBARALEA, *Bullarium*, t. II, p. 223 «ex autographo nostri conventus S. Francisci Urbisveteris».

-brosii



A brostii aliquod summi pontificis iudicium intercesserit necesse est. Sed neque istius iudicii neque iteratae illius inquisitionis anno 1250 institutae, scripta memoria ad nos pervenit. Certe saec. XVIII in conventu Fratrum Minorum Urbevetano documenta ad fratrem Ambrosium spectantia nulla a Gulielmo Della Valle recensita sunt praeter sequentia: « Cinque bolle per l'ordinazione de' processi del B. Ambrogio da Massa, incominciati l'anno 1240, cioè una di Gregorio IX, tre d' Innocenzo IV, e una di Alessandro IV. E' dei detti processi un competente rotolo di pergamene contenenti i miracoli del servo di Dio, e tra questi la guarigione di un infermo de male dello della lupa (1). »

In quaestione instrumentum,

5. Eius modi « rotulus » servatur nunc in archivo civitatis Urbevetae. Clarissimi viri Alcestis Moretti sacerdotis, chartophylacis civitatis, beneficium nobis contigit ut hoc insigne volumen coram inspicere et describere possemus. Constat assulis 13 foliis pergamentis, latis circiter 0<sup>m</sup>,29 vel 0<sup>m</sup>,33, quorum longissimum ad 0<sup>m</sup>,78 pertingit, brevissimum ad 0<sup>m</sup>,37. Explicati voluminis longitudo non minus 8<sup>m</sup>,25 est. Exaratum est aequabili scriptura eaque satis densa. Versus circiter 0<sup>m</sup>,23 vel 0<sup>m</sup>,25 longi sunt, et quattuordecim fere numerantur in 0<sup>m</sup>,10. In cornu sinistro primi folii, junculo alligatum est pittacium membraneum in quo manus recentior haec inscripsit: 1240 7bre 22 - 8bre 31, 1241 Febbraio 16. Scilicet his numeris signari crediti sunt dies ambo in quibus auditi fuerunt testis primus et postremus. Uterque tamen ex ipso volumine corrigendus est. Gravius etiam lapsus est qui saec. XIV in averso folio primo inscripsit: Miracula fratris Ambrosii de Ordine Minorum 1242. Is enim non die sed toto anno erravit. In eodem folio ad oram inferiorem legitur manu XVII saec. exaratum: Esame de' testimonij et processo fabricato per la canonizzazione delli BB. Ambrogio e Morico dell'ordine di San Francesco, li corpi de' quali stanno nella chiesa di d<sup>o</sup> San Francesco in questa città d'Orvieto. Neque haec mentio errore vacat;

nam de B. Morico nunquam videtur cognitio iuridica instituta fuisse. Fortasse qui hanc mentionem ascripsit, idcirco deceptus est quod de B. Ambrosio primus interrogatus fuit B. Moricus. In eodem averso folio, propius ad marginem extremum maculae cernuntur quae scripturae speciem referunt. Nempe eo loco membrana atramentum ebibit quattuor versuum ex epistula Gregorii IX, qui in ipso textu prope eluti sunt. In averso secundo folio legitur lemma: Miracula SS. Ambrosii et Morici. In parte eiusdem inferiori versibus transversis saec. XVII ascriptum est: 444. Parechi estrati (?) di miracoli delli beati Morico et Ambrosio. Intrapresse (?) 1242.

cuius exemplum authenticum

6. Ad rem quod spectat, unumquodque folium, excepto dumtaxat primo in quo non scriptum est nisi inquisitorum prooemium et epistula Gregorii IX, concluditur formula in qua Rainerius Guidonis notarius apposito signo testatur superiora scripta esse « de mandato » inquisitorum et in eorum praesentia. Singula fere folia complectun-

tur omnia testimonia excepta eo die qui initio D folii signatus est, nisi rerum copia maius quoddam spatium necessarium fecit, ut contigit die 15 iunii et 6 augusti, in quibus postrema testimonia in folium sequens nonnihil incurunt. Contra postremo folio, in quo absolvitur dies 6 aug., adiecta particula residua ex die 14 aug., qui suo loco folium integrum complet, solidi comprehenduntur dies 31 oct. 1240 et 16 febr. 1241. Ordo foliorum in seriem dierum perfecte non quadrat: primus occurrit dies 22 septembris an. 1240, quem continuo sequitur dies 14 augusti, fortasse quod in utroque hoc die, sicut in proxime sequenti die 14 iunii, excepta sunt testimonia quae ad vitam beati spectarent, dum alia testimonia omnia in miraculis post mortem patris fere versantur. Reliqui autem dies hoc ordine se excipiunt: anno 1240 iunii 14, 15, 16, iulii 18, iunii 12, iulii 14, 19, 23, augusti 6, 14, octobris 31; anno 1241 februarii 16. Inde a fol. 4 (14 iunii) ad unumquodque miraculum ascriptum est in margine nomen: Miraculum, et ad singulos testes littera t in ora folii exteriori. Volumen, etsi scriptoris calamus satis crebro haesitavit, non tamen videtur postea fuisse correctum; verba quae desunt manu posteriori addita non fuerunt; litterae haud infrequentes in ipsa scriptione ex tempore factae sunt. Notarius Rainerius lingua utitur minime accurata et emendata; barbaras dicendi formas admittit quae, ut nos monuit v. d. Moretti, hodieque ab Urbisveteris indigenis usurpari solent, quales sunt: frabicare pro fabricare, februaris pro februaris, pugnium pro pugnum, mangnus pro magnus, stringere pro stringere; comedere, obedire, reddire, pro comedere, obedire, redire *et.*; Franciscus pro Franciscus, piscis pro piscis, consumare pro consummare, agustus pro augustus, cadela pro candela, ussor pro uxor, flussus pro fluxus, digneretur pro dignaretur, aprilis pro aprilis, aier pro aer, quadregesimus pro quadregesimus, imago pro imago, somnus pro somnus, abstantes pro adstantes, admittere pro amittere; impartu pro in partu, impettine pro in peccine, impiga pro in piga. Haec et similia in edendo textu correximus, tacite ut plurimum; originalem quamque scriptionem in ima pagina semel tantum indicavimus ubi primum ea occurrebat.

7. Vix ullus est ambigendi locus quominus chi-rographum archivi Urbevetae ipse sit « rotulus » quem Gulielmus Della Valle in conventu Fratrum Minorum asserari testatus est. Praeter hoc exemplum alia exstiterint necesse est. Gregorius papa IX praeceperat ut inquisitionis tabulae in duobus vel tribus religiosis locis servarentur (2). Et re quidem vera anno 1339 Iacobus Tutii notarius, qui libros et instrumenta recensuit Urbeveteri asservata in ecclesia Sancti Iohannis de Platea, memorat rotulum cartarum in quo continentur miracula facta per B. Ambrosium. De quo ait: est quidem rotulus cartarum pecudinarum maximus in quo apparent multa miracula facta per B. Ambrosium de Ordine Fratrum Minorum. Et sunt ibi sigilla plurium episcoporum (3). Cum autem hodiernum volumen archivi Urbevetae

unum superest,

(1) [G. DELLA VALLE], *Storia del duomo d'Orvieto* (Roma, 1791), p. 81. — (2) Processus, num. 2, infra. — (3) Apud MURATORI, *Rerum*

*Italicarum scriptores*, ed. 2<sup>a</sup>, t. XV, pars V, p. 117.

nullum.



A nullum vestigium prae se ferat praedictorum sigillorum, v. d. Ludovicus Fumi apposito numero annorum innuit alterum hoc volumen fuisse perscriptionem secundi processus anno 1252 habiti (1). Quo iure, ipse viderit; nos unum notamus, istud volumen a nostro alium esse. Praeterea in Dialogo de Gestis sanctorum Fratrum (2) quem P. Ferdinandus Delorme a Thoma de Papia circa annum 1245 compositum opinatur, elogium B. Ambrosii, quod certe descriptum est ex processu canonizationis anni 1240, quattuor miracula memorat (num. 4, 26, 35, 53), quae in Urbevetano volumine non leguntur. Haec tamen ex tabulis inquisitorum deprompta sunt; nam Thomas de Papia, vel quisquis Dialogum scripsit, ad narrationes 4, 26, 35 conceptis verbis annotat haec miracula a iuratis testibus relata fuisse; atqui ante annum 1250 nulla certe cognitio habita est praeter eam cuius perscriptio in «rotulo» Urbevetano continetur.

B 8. Volumen Urbevetanum haecenus ineditum est. Eius argumentum italica lingua breviter exposuit v. d. L. Fumi in Miscellanea Franceseana (3). Attamen ipsum chirographum luce haud indignum videtur, cum unum exhibeat ex antiquissimis processibus canonizationis qui typis editi sint. In ordine enim temporum primus occurrit, an. 1220, processus S. Hugonis Lincolnensis, cuius pauca specimina protulit Iacobus Dimock e codice inedito Musei Britannici (4); dein, an. 1234, processus S. Dominici, qui in Actis Sanctorum editus est (5); tandem, an. 1235, sanctae Elizabeth Hungariae reginae, editus an. 1908 ab Alberto Huyskens (6). Quartus igitur videtur is quem nunc edimus.

refunditur  
quicquid  
de B. Am-  
brosio  
narratur  
in Dialogo  
SS. Fra-  
trum  
Minorum  
C 9. Ex hoc unico fonte fluxerunt mentiones omnes beati Ambrosii quae in litteris hagiographicis occurrunt. Harum omnium plenissima ea est quae legitur in Dialogo de Gestis sanctorum Fratrum Minorum (7); qui, ut in prooemio operis dicitur, compositus fuit iussu fratris Crescentii Ministri Generalis Fratrum Minorum (1244-1247). Elsi igitur conspectus vitae B. Ambrosii qui in Dialogo insertus est brevi tempore compositus fuit post illius obitum, non videtur tamen scriptor operis proprio usu et consuetudine B. Ambrosium ipse novisse. Certe in sua narratione nusquam aperte significat se testem oculatum fuisse. Uno tantum loco, postquam vaticinium rettulit quo beatus mortem sibi instare praedixit, subicit Dialogi scriptor: Quae omnia sicut a servo Dei ventura per ordinem sunt praedicta, sic nimirum operis attestatione sequentis oculata fide cognoscimus adimpleta (8). Itaque eventus quo beati vaticinium comprobatum est ante

oculos cuiusdam configit, sed ante suos an D alienos, narrator nullo pacto significat. Neque in operis sui praefatione hagiographus se narraturum pollicetur quae etiam ipse vidisset. Immo vero aperte profitemur se relaturum «ea potissimum, quae vel de mandato summi pontificis coram disquisitoribus per sedem apostolicam delegatis fidei narratione deposita et examinatione testium diligenti pariter approbata sunt ac per manum publicam annotata, sive etiam fratrum nostri Ordinis adhuc superstitem veridica mihi relatione compta (9)». Haec Dialogi scriptor. Et revera ex alienis testimoniis cum de B. Ambrosii vita exposuisse nemini dubium videbitur qui illius narrationem conferre velit cum documento quod infra edituri sumus (10). Ceterum Dialogo adversa fata fuerunt; cuius unicum exemplar ante viginti quinque annos in Museo Borgiano Romae repertum est. Hagiographi posteriores illum quidem existisse norunt, sed ex iis paucissimi cum legisse videntur (11). Quae in eode B. Ambrosio narrata erant in luce, sublesti illa quidem, collocata sunt a Bartholomaeo Pisano qui in Conformitatum libro VIII (12) Dialogi narrationem de B. Ambrosio, celato fonte, partim exscripsit partim contraxit. Aliqui tamen locos nonnullos in Bartholomaei epitome omissos ex ipso Dialogo hausisse credendi sunt, e quibus praecipue nobis noti sunt Rodolphus Tossinianus (13) et Waddingus (14) sive potius Marianus Florentinus, quo auctore usus est Waddingus.

10. Itaque ex istis libellis, qui in unicum docu- B. Ambro-  
mentum quaqua via toti refunduntur, nihil ad sius  
informandam B. Ambrosii historiam extundi potest. Quae ex ore testium de vita beati accipimus pauca sunt neque admodum clara. In Dialogo (15) quidem et in Libro Conformitatum (16) legitur eum originem duxisse de Massanae civitatis partibus. Id certe in nullo testimonio dictum fuit. Itaque interrogari potest num B. Ambrosio locus natalis fuisse Massa creditus sit, quod communiter Ambrosius de Massa appellatus fuerit. Iamvero huius appellationis origo haec esse potest, quod Massae beatus in Ordinem Minorum ascitus fuit. Utumque se res habet, e testium responsis constat per tres annos antequam religionem ingressus sit, beatum Cetoniae habitasse ibique plebani munere functum esse. Neque dicta fratris Morici et fratris Tobiae admodum accurate refert scriptor Dialogi, cum ait beatum ab adolescentia vitam duxisse piam et Deo devotam (17). Praedicti enim testes satis perspicue innuunt iuveni clerico vivendi genus reducendum fuisse ad «formam ecclesiasticam» (18). Quod fecit anno 1222, postquam fratrem Moricum Cetoniae verbum Dei

et alibi.

cur dictus Massanus.

F

Ad meliorem frugem se convertit.

(1) Ibid. — (2) *Dialogus de gestis sanctorum Fratrum Minorum auctore Fr. THOMA DE PAPIA ex integro edidit P. Ferdinandus M. DELORME O. F. M.*, Quaracchi, 1923. Dialogi partes historicas primus ediderat P. Leonardus LEMMENS, *Dialogus de vitis sanctorum Fratrum Minorum*, Romae, 1902 (= *Fragmenta Franciscana*, I). — (3) T. I (1886), pp. 77-81, 129-36. — (4) James F. DIMOCK, *Giraldi Cambrensis opera*, t. VII (London, 1877), p. 188-192 (= *Rerum Britannicarum medii aevi scriptores*, n° 21). — (5) Aug. t. I, p. 632-44. — (6) *Quellenstudien zur Geschichte der hl. Elisabeth Landgräfin von Thüringen* (Marburg, 1908), p. 110-40. — (7) Op. c., p. 132-88. Cf. supra, *Novembris Tomus IV.*

num. 7. — (8) Op. c., p. 137. — (9) Op. c., p. 3. — (10) Postquam B. Ambrosii vitam paucis perstrinxit (p. 133-38) et litteras Gregorii IX exscripsit (p. 138-41), e miraculis quae documento nostro continentur haec recenset et hoc quidem ordine: 74, 89, 82, 38, 90, 91, 22, 51, 48, 73, 26, 59, 25, 92, 43, 28, 20, 67, 13, 49, 44, 32, 30, 31, 53, 45, 29, 60, 78, 41, 16, 85, 66, 15, 37, 64, 27, 80, 75, 46, 47, 39, 71, 40, 56, 17, 21, 23, 18, 62, 65. — (11) F. DELORME, *Dialogus*, p. xvii-xxi. — (12) T. c., p. 249-50. — (13) *Historiarum seraphicae religionis lib. I* (Venetiis, 1586), p. 73; cf. p. 259. — (14) *Annales ad an. 1236*, num. viii. — (15) P. 133. — (16) P. 249. — (17) P. 133-134. — (18) Processus, num. 4, 5, infra, p. 572-73.



A praedicanlem audivit. Triennio postea, Cetonam iterum advenienti eidem fratri Morico se paratissimo cum animo obtulit et ab eo in Ordinem exceptus est. De hoc reditu ad bonam frugem nihil in Dialogo refertur, in quo ne nomen quidem fratris Morici memoratum est. Hic tamen Moricus non alius videtur esse quam venerabilis frater hortante fr. Morico. Moricus qui in Ordine Minorum inter beatos habetur et cuius ossa in conventu Urbevetano una cum beati Ambrosii reliquiis asservantur. Etenim in Catalogo sanctorum Fratrum Minorum, qui circa annum 1335 editus est, haec mentio habetur: In Urbeveteri frater Ambrosius, vir sanctus, multis miraculis claruit. Frater Moricus, magister fratris Ambrosii prefati (1). Bartholomaeus Pisanus (2) et Chronicon XXIV Generalium (3), hic ut alias persaepe, Catalogi mentionem referunt. Num idem Moricus fuerit Moricus ille Parvulus, qui inter duodecim primos discipulos S. Francisci recensetur, certo documento non constat. Bartholomaeus Pisanus, in descriptione provinciarum Ordinis Minorum quam Conformitatum libro XI inseruit, haec indubitanter asseverat: Locum de Urbeveteri, in quo inter alios praedicatores excellentes ibidem praedicavit frater Ambrosius, qui plures mortuos suscitavit et frater Moricus, unus de beati Francisci duodecim sociis, sanctis exemplis et miris (4). Eadem, paulo tamen cautius, libro VIII, in provincia Romana: In Urbeveteri iacet frater Moricus, magister praefati fratris Ambrosii et sanctus ac, ut puto, socius unus de sociis beati Francisci (5); et rursus, eodem libro, inter fratres qui de provincia fuerunt beati Francisci, de quibus ubi iaceant nulla est mentio aut memoria, memorat fratrem Moricum, nisi quod creditur quod sit ille qui in Urbeveteri iacet;... qui omnes fuerunt sanctitate clarissimi et primi socii beati Francisci; qui ubi iaceant non habetur, nisi velimus dicere quod iaceant in Sancta Maria de Angelis vel in Assisio (6). Contra Chronicon XXIV Generalium Moricum hunc ab altero distinguit, siquidem illum Urbeveteri, alterum Assisii quiescere affirmat (7). Multo etiam obscurius est num Moricus ille Parvulus idem sit « Moricus olim de Ordine Cruciferorum », qui discipulus S. Francisci factus est postquam ab eo valetudo ei restituta fuit (8). Plenius hanc questionem investigare huius non est loci; verum dubitari non potest quin unus idemque Moricus beatum Ambrosium ad clericale officium reduxerit et post eius D obitum in processu anni 1240 Urbeveteri primus testis interrogatus sit.

11. Praeler urbem Massam in qua Ordini S. Francisci se addidit, e testium narrationibus resciscere possumus loca alia nonnulla in quibus commoratus est, etsi quo tempore in unoquoque eorum habitaverit vel deverterit non perspiciuntur. Frater Stephanus quattuor mensibus eius consuetudine usus est in Gillo (9), quem locum putat v. d. A. Morelli esse conventum Lillii prope Vulsinius; illo tamen nomine conventum Fratrum Minorum Vulsiniis alibi non legimus appellatum. Tennini (?) in dioecesi Urbevetana, « ubi est ecclesia fratrum Minorum », Ambrosius confessorium habuit fratrem Pandulphum (10). Mensibus etiam aliquot Montedonico vixit cum fratre Fatio (11). Sed admodum verisimile est e 15 annis per quos vixit in Ordine Fratrum Minorum maximam partem Urbeveteri exactam fuisse. Neque enim videtur eius memoria ulli alii certo loco inhaesisse. A quanto tempore iam exstaret conventus Minorum Urbevetanus quando Ambrosius in eo defunctus est, in historiis certo non comperitur. Sed ante annum 1227 iam apud Urbeveterem Fratres S. Francisci sedem fixerant, siquidem episcopus Rainerius in Chronico manuscripto, quod in archivio Urbevetano legit P. Angelus Fontanieri (12) testatur Fratres Minores in urbem suam episcopalem advenisse, ecclesiam regente decessore suo Capitaneo (1212-1227). Prima domus eorum videtur sita fuisse ad Sanctum Petrum in Vetere; sed anno 1240 vel non multo ante in urbe interiore ecclesiam et conventum S. Francisci aedificare coeperunt (13). B. Ambrosius divino admonitu cognovit fore ut ad Sanctum Petrum in Vetere mitteretur, ibi aegrotus decumberet et inde Urbeveterem translatus eo loco moreretur « ubi sperabant fratres ecclesiam fabricare » (14).

Quibus in locis deversatus,

12. B. Ambrosii obitum ad an. circiter 1236 referunt plerique hagiographi (15); ad an. 1251 unus Hueber (16). Verum in utroque numero certus est error; nam e processu canonizationis liquido constat Ambrosium e vita cessisse anno 1240. De die qui eius aetatis supremus fuit, haec indicia colligi possunt. B. Ambrosius obiit feria tertia hebdomadis, ut constat e testimonio domine Orvetanae, cuius filius sanatus fuit « sequenti die post [Ambrosii] migrationem, die mercurii » (17). Obit mense aprili; etenim Christophanus testis quo anno et die

(1) *Catalogus sanctorum Fratrum Minorum* quem scriptum circa 1335 edidit notisque illustravit fr. Leonardus LEMMENS (Romae, 1903), p. 13 (= *Fragmenta Franciscana*, III). — (2) *De conformitate*, t. c., p. 250. — (3) In *Analecta Franciscana*, t. III (Quaracchi, 1897), p. 265. — (4) *Op. c.*, p. 516. — (5) *Op. c.*, p. 250. — (6) P. 243. — (7) T. c., pp. 265, 252. — (8) BARTHOLOMAEUS DE PISA, t. c., pp. 19, 59, 250-51; *Chronicon XXIV Generalium*, t. c., pp. 252, 253 cum annot. 2. Cf. ARTURUS, *Martyrologium Franciscanum*, ad d. 30 martii, p. 138. — (9) *Processus*, num. 6, infra, p. 574. — (10) Num. 7, p. 574. — (11) Num. 10, p. 574. — (12) *Della chiesa di S. Lorenzo in Vineis presso Orvieto*, in *Miscellanea Franciscana*, t. IV (1889), p. 176. — (13) « Eodem anno [1240] ecclesia sancti Francisci de Urbeveteri fundata est. » *Annales Urbevetani*, ap. MURATORI, *Rerum italicarum Scriptores*, t. XV, pars V (Città di Castello, 1906), p. 150; cf. p. 131, annot. 2. Die 17 martii 1240 Gregorius IX, cum...

Fratres Ordinis Minorum... ecclesiam in civitate Urbevetana et domos eorum usibus opportunas aedificare coeperint ad honorem sancti Francisci, 40 dierum indulgentiam impertit fidelibus qui elemosynas in hoc opus conferrent, SBARALEA, t. I, p. 274. Mense maii eiusdem anni Rainaldus quidam Florentis B. Ambrosium pro sanitate uxoris exorans vovet se daturum « unum fornellum calcine pro eius ecclesia construenda. » Alius quidam Benecasa Amidei, d. 12 augusti « super eius sepulchrum, pro marito dicte ecclesie faciendo posuit 10 solidos. » *Processus*, num. 29, 91, infra, pp. 585, 607. Consecrata fuit ecclesia a Clemente IV anno 1266. *Annales Urbevetani*, t. c., p. 131. — (14) *Processus*, num. 5, infra, p. 573. — (15) MARIANUS DE FLORENTIA, *Compendium chronicarum ordinis FF. Minorum*, in *Archivum Franciscanum historicum*, t. II (1909), p. 103; WADDING, *Annales*, l. c.; ARTURUS, l. c. — (16) *Menologium*, p. 2121. — (17) *Processus*, num. 73, infra, p. 601.

qui



- A qui an. 1240 die 23 iulii interrogatus est, se a morbo sanatum esse asseverat « de mense quo [B. Ambrosius] migravit »; quod testis alter, de eodem miraculo verba faciens, distinctius significat contigisse « de mense aprilis proxime praeteriti » (1). Itaque eligendus est dies mensis 3, vel 10, vel 17, vel 24. Excluditur hic postremus; nam domina Agnese « sexto die post migrationem bone memorie beati viri » votum emisit, et sanitatem consecuta est « ante tertium diem post votum factum... et hoc fuit de mense aprilis » (2). Cum autem in aliis testimoniis legantur miracula contigisse « de mense maii, tempore migrationis bone memorie » (3), probabilius est mortem beati contigisse die 17 aprilis propius finem quam initium mensis aprilis. Quomodo factum sit ut vir venerabilis, mense aprili defunctus, in menologiis commemoretur ad d. 10 novembris (4), hactenus explicatum non fuit. Fortassis die 10 novembris reliquiae beati viri in ecclesiam Sancti Francisci, congruenter praecepto Alexandri IV, translatæ fuerunt. Itaque vitae B. Ambrosii chronotaxis hoc circiter modo informari potest. Anno 1222 Ambrosius iam clericus aetatem habebat qua ex canonicis curam ecclesiae suscipere poterat. Tribus annis plebanus Cetoniae fuit. Anno 1225, postquam ad meliorem vitam adhortatione fratris Morici conversus erat, in Ordinem S. Francisci ingressus est, in quo vixit annos 15. Obiit die 17 aprilis anni 1240.
- Cultus. 13. Iam ante mortem beatus Ambrosius in magna erat opinione sanctitatis apud cives Urbeveteranos. Statim atque nuntius increbruit eum graviter aegrotum esse, ad eum infirmos adduxerunt quos curaret, et frequentia populi domum replevit. Miracula undecim contigerunt « eo die quo migravit » (5), ex quibus duo prima ante extremum eius halitum; alia tria postridie (6). In ecclesia tanta fuit fidelium multitudo ut qui ad eius feretrum pervenire vellent non sine labore viam sibi aperire possent. Iam tum supplices ad eius tumulum imagunculas cereas se allatu-  
ros volebant, quod et reapse ilico fieri coeptum est. De eius sanctitate in vulgo tam certo constabat ut fideles qui eius implorabant auxilium sponderent se quotannis « in eius festivitate » certum opus pium praestituros (7); neque pauci alii se ad eius obsequium in reliquam aetatem mancipatos voluerunt. Una cum precatione aegrotis iam tum adhiberi solebat « particula eius cape » (8), fortassis illius vestis quae hodieque in sacrario ecclesiae Sancti Francisci asservatur. Ex aegrotis aliquis, qui ad feretrum sancti accedere non potuerat, convalescit accepto pulvere e loco ubi lotum fuerat sacrum cadaver (9). In processu narrata sunt miracula non minus 81, quae pleraque civibus Urbeveteranis contigerunt, et quidem in ipsa urbe; 10 lamen in vicinis locis patrata referuntur. Inter signa pietatis quae sancto exhiberi solebant notatu dignae sunt piaae vigiliae quae per totam noctem ad illius sepulcrum agebantur. Nunquam videtur Urbeveteranorum affectus in B. Ambrosium refrivisse. Ecclesia Sancti Francisci, in qua eius reliquiae servabantur, a quibusdam appellari coepta est ecclesia SS. Francisci et Ambrosii, immo etiam unius Sancti Ambrosii (10). Anno 1308 Civitas Urbeveterana constituit ut quotannis in festo B. Ambrosii cereum offerretur, quod decretum anno 1316 innovavit (11). B. Ambrosius nominatur in Catalogo sanctorum Fratrum Minorum an. 1335 conscripto (12). Saec. XVI Rudolphus Tossinianus ex Ordine Minorum, qui in domibus sui ordinis crebro deversatus erat, testatur B. Ambrosium sua aetate Urbeveteri in magna veneratione haberi (13). Anno 1773, quando nova molitione rejecta est ecclesia, supra portam titulus positus est in quo inter praecipuas laudes huius templi memoratur id esse sacris exuviis BB. Ambrosii, Morici, Seraphini et Leonardi augustius effectum (14). Nostra etiam aetate postquam ecclesia Fratribus Minoribus adempta est, B. Ambrosii exuviae sub altari maiore religiose servantur eiusque vestis interdum sollemniter venerationi fidelium exhibetur.
- C (1) Num. 74, p. 602. — (2) Num. 35, p. 589. — (3) Num. 18, 19, 21, 32, 46. — (4) ARTURUS, l. c. HUEBERUS, l. c. *Hagiologium Italicum*, t. II, p. 288. — (5) Num. 14, 15, 28, 44, 60, 61, 69, 79, 84, 89, 92. — (6) Num. 48, 73, 80. — (7) Num. 43, 51, 66, 70. — (8) Num. 25. — (9) Num. 48. — (10) [DELLA VALLE], *Il Duomo d'Orvieto*, p. 28; FUMI, in *Miscellanea Francescana*, t. c., p. 77; cf. Bullam Alexandri IV, 18 iul. 1256, ap. SBARALEA, *Bullarium*, t. II, p. 148; MURATORI, *Rer. ital. script.*, t. c., p. 131, annot. 2; Processus, num. 34, infra, p. 588. — (11) FUMI, l. c. — (12) Ed. LEMMENS, p. 13. — (13) *Historiarum Seraphicae religionis*, lib. II, fol. 259v. — (14) T. PICCOLOMINI ADAMI, *Guida storico-artistica della città di Orvieto* (Siena, 1883), p. 151.

## PROCESSUS CANONIZATIONIS B. AMBROSII MASSANI

E volumine pergamento tabularii civitatis Urbeveteris (= R). Cf. *Comm. praev.* num. 5, 6.

Prooemium  
quaesitorum.

1. In nomine Domini. Amen. Anno eius millesimo ducesimo quadragesimo, indictione tertiadecima, tempore domini Gregorii pape noni. Cum Patris eterni pietas ad honorem sui nominis ad sepulchrum recolende memorie fra-

tris Ambrosii de ordine Fratrum Minorum in civitate Urbeveterana multa faciat miracula gloriosa, nos Rainerius miseracione divina Urbeveteranus et Gualkerinus Suanensis episcopi et Citadinus prior Sancti Iohannis de Platea<sup>2</sup> Ur-

1. — <sup>1</sup> quadragesimo R semper. — <sup>2</sup> Plathea R non raro.

-beveteranus



PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

bevetanus (1), receptis litteris nuper nobis a domino papa transmissis super inquisitione dictorum miraculorum diligentissime facienda, ipsam inquisitionem, ascitis nobis viris religiosis, iuxta formam nobis traditam facere procuravimus, tam dicta illorum quibus Dominus per merita fratris Ambrosii beneficium contulit quam dicta testium super hiis ad fidem plenissimam productorum cum omni diligentia examinantes, per manum Rainerii notarii scribi fecimus et signari et sub nostris sigillis ea servari fecimus, prout in litteris domini pape nobis transmissis continebatur, quarum litterarum tenor talis est.

Litterae  
Gregorii  
IX.

2. « Gregorius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus .. Urbevetano et Suanensi episcopis et dilecto filio priori Sancti Iohannis de Platea ordinis sancti Augustini<sup>1</sup> Urbevetano, salutem et apostolicam benedictionem. Dei<sup>2</sup> sapientia<sup>3</sup> qui Ecclesiam suam infabilibus<sup>4</sup> renovat sacramentis ut virtutis sue potentiam mirabiliter manifestet et salutis nostre causam misericorditer operetur, fideles suos quos coronat in celis frequenter etiam honorat in terris, ad eorum memoriam signa faciens et prodigia per que pravitas confundatur <heretica<sup>5</sup>>, et fides catholica confirmetur. Nos ergo quas possumus Patris eterni Filio gratiarum referimus<sup>6</sup> actiones quod in diebus nostris ad honorem et gloriam sui nominis et ut devotionis affectum multiplicet, eius sanguine pretioso redemptis <innovat<sup>7</sup>> signa et miracula potenter inmutat, faciens illos corruscare miraculis qui fidem catholicam corde ore et opere tenuerunt. Sicut nostri<sup>8</sup> dilecti filii<sup>9</sup> Consilium et populus Urbevetanus nobis suis litteris intimarunt, virtutum Dominus tantam pie memorie fratri Ambrosio de ordine Fratrum Minorum contulit gloriam, quod tot et tantis corruscat miraculis ut dignum<sup>10</sup> sit eius inter alios sanctos invocari<sup>10</sup> subfragia precibus humilibus et devotis. Quare a nobis suppliciter petierunt ut super hiis que per ipsum divina pietas operatur testimonia recipi faceremus. Verum quia in tam sancto negotio non est nisi maturitate et gravitate previa procedendum, discretioni vestre, de qua in Domino fiduciam<sup>11</sup> plenam gerimus, per apostolica scripta mandamus quatenus, ascitis vobis viris religiosis Deum timentibus, de operibus et miraculis dicti fratris iuxta formam quam vobis sub bulla nostra mittimus diligen-

Ecclesi. 36,6.

tissime inquirentes, depositiones testium receptorum in duobus vel tribus religiosis<sup>12</sup> locis sub sigillis vestris servari faciatis inclusas usque ad nostre beneplacitum voluntatis<sup>13</sup>. Datum Laterani, VI kalendas iunii (2), pontificatus nostri anno quartodecimo.

3. « Testes legitimos<sup>1</sup> quos super vita et conversatione ac miraculis recolende memorie fratris Ambrosii debetis recipere, prius ab eis prestituto iuramento, diligenter examinare curetis et de omnibus que dixerint interrogetis eosdem: quomodo sciunt, quo tempore, quo mens, quo die, quibus presentibus, quo loco, ad cuius invocationem et quibus verbis interpositis, et de nominibus<sup>2</sup> illorum circa quos miracula facta dicuntur, et si eos ante cognoscebant, et quot diebus<sup>3</sup> ante viderunt eos infirmos, et quanto tempore fuerunt infirmi, et quanto tempore visi sunt sani, et de quo loco sunt oriundi; et interrogentur de omnibus circumstantiis diligenter et circa singula capitula fiant ut expedit questiones premisse. Series testimonii et verba testium fideliter redigantur in scriptis (3). »

Forma  
examinandi.

4. In nomine Domini. Amen. Ac eodem anno et indictione prefata, die nono, exeunte mense septembris<sup>1</sup>, fratres testes qui iuraverunt super vita et conversatione et bonis operibus bone memorie beati Ambrosii<sup>2</sup>.

Frater Moricus (4) de ordine Fratrum Minorum testis iuratus. Dicit autem suo iuramento quod cum quadam vice ad castrum quod vocatur Cotone (5) accessisset, ibidem viam salutis annuntians, beatus Ambrosius vir Dei affuit predicationi<sup>3</sup> audiens toto corde. Finito vero sermone, accessit ad fratrem Moricum compuncto corde querens penitentiam de peccatis. Et committens eum cuidam sacerdoti, qui frater Rainerius vocabatur, post iniunctam penitentiam ad fratrem Moricum rediit<sup>4</sup> postulans quid ipsum vellet facere propter Deum. Et ab ipso accepto consilio ut ad clericatus officium reverteretur acquirens ecclesiam secundum formam ecclesiasticam cepit ducere vitam suam. Tertio vero anno frater Moricus ad partes illas rediens, cum audivisset vir Dei de suo adventu, ad ipsum citissime convolvavit et sic eum ad ordinem recepit in civitate que Massa (6) vocatur. Dicebat autem ille ante quam a fratre reciperetur se paratum esse ad omnia que sibi vellet precipere dictus frater, ita quod cum ab ipso reciperetur, preceptum ab eo suscepit <et> accessit ad pro-

Testimonium  
fr. Morici

de  
Ambrosii  
conversione,

in ordinem  
Minorum  
ingressu,

2. —<sup>1</sup> Agostini R. —<sup>2</sup> illa (?) R; Dei *Dialogus*, ed. DELORME, p. 139, et SBARALEA, *Bullarium Franciscanum*, t. I, p. 280. —<sup>3</sup> corr., prius sapientiam R. —<sup>4</sup> infabilibus R. —<sup>5</sup> verbum evanidum supplev. ex *Dialogo et SBARALEA*. —<sup>6</sup> referimus R. —<sup>7</sup> an legendum: enim, ut habent *Dialogus et SBARALEA*? —<sup>8</sup> cor add. dein del. R. —<sup>9</sup> dignum R. —<sup>10</sup> sul add. dein del.

R. —<sup>11</sup> bis scriptum R. —<sup>12</sup> lol add. dein del. R. —<sup>13</sup> corr., prius voluntatis R.

3. —<sup>1</sup> legitimos R. —<sup>2</sup> omnibus R; nominibus *Dialogus*, SBARALEA, AUVRAY, *Registres de Grégoire IX*, t. III, p. 239. —<sup>3</sup> viderunt add. dein del. R.

4. —<sup>1</sup> setembris R. —<sup>2</sup> Ambrosii R. —<sup>3</sup> predicationis R. —<sup>4</sup> reddiit R hic et saepe.

(1) De his episcopis et priore cf. Comm. praev. num. 2, supra, p. 567. — (2) VI idus iunii, scribit WADDING, *Annales*, ad an. 1240, n° IV, et post eum SBARALEA, *Bullarium*, t. I, p. 281. In registis pontificis (L. AUVRAY, *Les registres de Grégoire IX*, Paris, 1910, t. III, p. 239, annot. 2) idem dies legitur, sed ex correctione. VI kal. iunii habet *Dialogus*, ed. LEMMENS, p. 55; XI kal. iunii ed. DELORME, p. 141. —

(3) Formula usitata in plerisque processibus illius aetatis. Cf. processum B. Simonis de Collazone, WADDING, *Annales*, ad an. 1240, n° VI, p. 35. — (4) Cf. Comm. praev. num. 10, supra, p. 569. — (5) Ut videtur, Cotone di Maremma, in Tuscia (prov. di Grosseto, mand. di Massano). — (6) Profecto, Massa Maritima seu Massa di Maremma, cf. Comm. praev. num. 1, supra, p. 566.



A pria cum duobus fratribus quos ipse dederat sibi, et sic quicquid habuerat, tam plebem quam omnia, libentissime dereliquit et suprascripta<sup>5</sup> civitate postea est indictus. Ait quoque frater Moricus quod numquam aliquem <audierit> qui de vita et conversatione viri in seculo testimonium redderet maculosum nec ipsum infamaret de vitio criminali; postquam beati Francisci<sup>6</sup> habitum suscepit in predictis<sup>7</sup> XIII annis et plus usque ad finem perseverans se ipsum in virtutibus et bonis operibus totis precordiis Domino<sup>8</sup> consecravit. Dicit autem quod tante fait obedientie<sup>9</sup> ut numquam precepta sua in aliquo pretermiserit sed<sup>10</sup> die et nocte per aquas et nives, in fame et siti, in frigore et nuditate se<sup>11</sup> ipsum ad obediendum interius et exterius colligebat; in officio devotissimus precipue Beate Virginis, cum genuflexionibus illud idem agens, ita quod cum per viam publicam incederet dicendo Beate Virginis officium, ad terram genua inclinabat. Ieiunia regule libentissime faciebat; vigiliis apostolorum et sextam feriam in pane et aqua frequentissime ieiunabat; misericordie<sup>12</sup> et compassionis viscera gerens ad infirmorum servitium erat sollicitus, omnia que poterat devotissime ministrando. Infirmis autem fratribus erat ita sollicitus deservire quod missam frequenter derelinquens ut fratrum necessitatibus subveniret secularium domos propriis pedibus circueiens que invenire poterat devotissime afferebat; tamen missam relinquebat multotiens, quando poterat in terris celebrabat. Similiter secularibus pauperibus infirmantibus prout poterat subveniebat, ita quod de proprio loco ad eos accedebat cum suis medicaminibus ut eorum vulnera alligaret; fratribus etiam sanis toto studio ministrabat, coquinam fratrum faciens, papsides<sup>13</sup> lavans, pro elemosina<sup>14</sup> vadens et quicquid poterat pro fratrum necessitatibus acquirendo, ita quod pedes multotiens scindebantur<sup>15</sup> propter frigus; quos cum acu et filo suebat et ceram<sup>16</sup> sive sepum in illis scissionibus liquefaciebat, ut posset aliquatenus liberari. Castitate precipuus substinere non valens in vitio luxurie devolutus, mala sibi quantum poterat displicebant; si contingeret quod cum aliquo fratre turbaretur, statim cum cordula ad collum in terram devolutus a fratre veniam devotissime postulabat. Orationi frequenter instabat peccata propria deplorando. In vita communi<sup>17</sup> secundum regulam fratrum in habitu et aliis despectus, ita quod bone operationis formam aliis ministrabat. Et sic vite sue militiam usque ad finem, faciente Domino, consummavit<sup>18</sup>.

5. Frater Thobias de ordine predicto iuratus dixit quod cum quadam vice ivisset cum fratre Morico apud castrum quod vocatur Cotone, ibidem dictus frater Moricus annuntiavit verbum

*oboedientia,*  
*in B. Virginem pietate,*  
*ieiuniis,*  
*B caritate erga infirmos*  
*aliosque fratres,*  
*castitate,*  
*humilitate.*  
*Testimonium fr. Tobiae*

Dei, in qua predicatione affuit vir Dei. Idem dicit per omnia ut frater Moricus de conversione et habitus susceptione. Item dicit quod in omnibus regulam observabat in nuditate pedum, per nives et aquas, in frigore et siti. Item dicit quod tante fuit obedientie quod numquam precepta sibi facta aliqua pretermisit. Interrogatus quomodo scit predicta, respondit quod XIII annis et plus cum eo est in ordine conversatus. In officio dicit quod erat devotissimus precipue Beate Virginis, cum genuflexionibus illud idem agens, ita quod cum per viam publicam incederet dicendo Beate Virginis officium, ad terram genua inclinabat. Dicit autem quod vidit eum virum bonum, honestum, castum, misericordem et despectum in vestimentis et gestis, patientem, humilem et caritativum<sup>1</sup>. Dicit etiam quod si aliquando cum fratre aliquo turbaretur, incontinenti cum cordula ad collum in terram devolutus a fratre veniam devotissime postulabat. Fratribus infirmis et sanis libentissime serviebat, coquinam similiter frequenter<sup>2</sup> faciebat, pro elemosina hostiatim sepiissime incedebat, et quicquid poterat pro fratrum necessitatibus requirendo, ita quod pedes sui propter frigus multotiens scindebantur; quos cum acu et filo suebat, et ceram sive sepum in illis scissionibus liquefaciebat ut posset aliquatenus liberari. Mala omnia sibi quantum poterat displicebant<sup>3</sup>; orationi frequenter instabat, peccata propria deplorando. Item dicit quod cum hoc anno iste testis et beatus Ambrosius irent de civitate<sup>4</sup> Urbeveta ad ecclesiam Sancti Petri in Metra (1), tunc beatus Ambrosius voluit huic fratri dicere quedam verba. Sed pressus<sup>5</sup> labore itineris et colloquio ambulantium, tunc non dixit. Unde secundo die quo incepit pati beatus Ambrosius, iste testis accessit ad eum dicens quod sibi diceret ea que dicere voluit dum esset in itinere cum eodem. Ipse respondit dicens: « Angelus meus annuntiavit mihi quod ego debebam poni in obedientiam apud Sanctum Petrum et ibi me infirmitas occuparet, et transferendus<sup>6</sup> eram infirmus ad locum civitatis Urbevetae, ubi sperabant fratres ecclesiam fabricare<sup>7</sup>. Et angelus ostendit mihi penas purgatorii terribiles et timendas, et dixit quod de eadem infirmitate eram ad Dominum<sup>8</sup> migraturus. » Item dicit quod eo die quo ipse de hoc seculo migravit excelleratus<sup>9</sup> est faciem circa horam matutini<sup>10</sup> et dictus frater requisivit si vidisset sanctum Franciscum. Respondit ipse <et> dixit: « Non ». Et si vidit aliquem angelum. Respondit ipse et dixit: « Frater, nimis interrogas. » Item dicit quod ipse tunc dixit mortem cuiusdam hominis Guilielmi tentoris, dicendo: « Mortuus est Guilielmus, » qui sibi sepius confitebatur sua delicta. Et unus ex fratribus dixit:

PROCESSUS  
CANONIZATIONIS  
de Ambrosii  
conversione,  
virtutibus  
E  
et prophetiae  
charismate.  
F

<sup>5</sup> (d. et s.) dereliquit et infrascripta R. — <sup>6</sup> Francisci R hic et saepius. — <sup>7</sup> predicto R. — <sup>8</sup> revelavit add. dein del. R. — <sup>9</sup> obbedientie hic et saepius R. — <sup>10</sup> set R hic et interdum. — <sup>11</sup> ad add. dein del. R. — <sup>12</sup> misericordie R. — <sup>13</sup> parasides R. — <sup>14</sup> elemosina R hic et interdum. — <sup>15</sup> scindebatur R. — <sup>16</sup> cera R. —

<sup>17</sup> comunis R. — <sup>18</sup> consummavit R fere semper. 5. — <sup>1</sup> corr. prius caritativum R. — <sup>2</sup> faces add. dein del. R. — <sup>3</sup> displicebant R. — <sup>4</sup> de add. dein del. R. — <sup>5</sup> presso R. — <sup>6</sup> transferendo R. — <sup>7</sup> fabricare R. — <sup>8</sup> a domino R. — <sup>9</sup> forsitan scriptum pro exhilaratus. — <sup>10</sup> matutini R hic et saepius.

(1) San Pietro in Vetere, comune di Fabri.



PROCESSUS « Debes tu sequi Guilielmum? » Ipse respondit : CANONIZA- « Non, sed ipse violenter transit et ego in sero TIONIS sequar eum inter nonam et vesperum. » Et sic fuit.

*Testimonium fr. Stephani.* 6. Frater Stephanus de Vectona (1) iuratus dixit quod stetit cum bone memorie beato Ambrosio quatuor mensibus et vidit eum regulam beati Francisci bene tenere et obedientiam, servire Deo ieiunando medietatem quadragesime <sup>1</sup> in pane et aqua. Libenter ibat pro elemosinis acquirendis pro necessitatibus sanorum fratrum <sup>2</sup> et etiam infirmorum. Interrogatus in quo loco stetit secum, respondit : in Gillo, presentibus fratre Thobia, fratre Bonaionta et aliis pluribus.

*fr. Pandulphi.* 7. Frater <sup>1</sup> Pandolfus quondam episcopus Suessanus (2), testis iuratus, dixit quod iam sunt xv anni quod ipse venit ad religionem Fratrum Minorum et fuit cum bone memorie fratre Ambrosio apud locum qui dicitur Tenninus <sup>2</sup>, ubi est ecclesia Fratrum Minorum, in diocesi Urbeveta-

**B** tana, ubi vidit dictum beatum Ambrosium et moratus est cum eo ; qui sibi frequenter confessus est peccata sua. Cui dixit quod caro sua numquam vidit corruptionem <sup>3</sup> nec per se nec per alium postquam religionis <sup>4</sup> habitum est adeptus. Et erat in omnibus obediens superiori suo <sup>5</sup>, misericors circa penitentes, ita quod sepe rogavit dictum confessorem suum ut circa penitentes misericorditer se haberet et de iniuncta penitentia relaxaret. Item dicit quod ita erat sollicitus in elemosinis acquirendis pro necessitatibus fratrum, quod pedes sui maximas fissuras <sup>6</sup> habebant in calcaneo pro nuditate pedum et viarum discrimine, ita quod frequenter in sero guttas <sup>7</sup> candelarum infundebat in fissuris pedum. Et libenter cantabat missam et in officiis divinis morabatur. Interrogatus quomodo scit predicta, respondit quod iam sunt xv anni quod fuit cum eo interpolatim et per aliqua interstitia <sup>8</sup> extitit conversatus familiariter. Interrogatus quibus presentibus, respondit : fratre Blasio de Pisa, fratre Ysaya et aliis pluribus.

*fr. Bartholomaei.* 8. Frater Bartholomeus de Castro Plebis (3), sacerdos, interrogatus dixit quod iam sunt vii anni et plus quod beatum Ambrosium <cognovit> et vidit eum obedientem sine murmure, et in tribulationibus patientem, erga pauperes et infirmos compassionis viscera gestientem, misarum sollempnia et officium devote celebrantem, fratribus infirmis cum diligentia servientem, elemosinas et alia fratribus necessaria sollicitate acquirentem, paupertatem regule observantem in vestimentis et calceamentis <sup>1</sup> et aliis ut decebat. Dicit etiam quod cum in fine suo confessus sibi fuerit, inter alia hec dixit quod, quamdiu vixit in religione, in puritate et castitate sui corporis usque ad obitum persevera-

vit. Dicit autem quod dixit in confessione circa finem suum in civitate Urbisveteris, in loco ubi Fratres Minores ceperunt ecclesiam fabricare <sup>2</sup>, quod sibi fuit divinitus revelatum quod transferendus <sup>3</sup> esset ad ecclesiam Sancti Petri in Metera, ubi morabantur tunc fratres, et infirmitatem <sup>4</sup> passurus et de eadem infirmitate migraturus ad Deum <sup>5</sup>, et transferendus infirmus in civitatem Urbisveteris ad locum superius memoratum. Et dicit quod in revelatione predicta raptus in spiritu vidit penas purgatorii et vidit animas defunctorum aliquas sibi notas. Et in eadem infirmitate patientiam mirabiliter observabat, et in iocunditate anime. Item dixit quod in vita sua de revelatione predicta nichil alicui revelaret.

*fr. Uguccionis.* 9. Frater Uguccio de Assisio <sup>1</sup>, sacerdos, interrogatus dixit quod iam sunt xv anni quod cognovit et stetit cum bone memorie beato Ambrosio interpolatim. Vidit quod ipse sue conversationis bene se habuit inter fratres, regulam observans ; et servitia sanis fratribus et infirmis sollicitate exhibebat ; vir obediens fuit ; pro elemosinis et aliis rebus fratrum <sup>2</sup> libenter incedebat. Dicit etiam quod sibi pluries est confessus, in quibus agnovit eum maxime puritatis, in misericordia precipue floritis, pauperes cum medicaminibus adiuvando. Officium suum optime <sup>3</sup> celebrabat, precipue beate Virginis quia eam magno affectu venerabatur. Agnovit eum etiam castum et in nuditate et frigore patientem. Vidit etiam eum in patientia et bonis operibus usque in finem ducere vitam suam.

*fr. Fatii.* 10. Frater <sup>1</sup> Fatius, Urbevetanus, interrogatus dixit quod <sup>2</sup> cum aliquos menses cum beato Ambrosio permansisset apud Montedonicum <sup>3</sup> (4), vidit eum virum bonum et spirituales ad obediendum, precepta sibi imposita sollicitate adimplendo. Dicit etiam quod officium suum cum diligentia celebrabat, pro elemosina hostiatim frequentissime incedebat, infirmis fratribus affectuosissime serviebat, secularibus infirmis pauperibus cum suis medicaminibus adiutorium impendebat, pluries coquinam fratribus faciebat. Homo erat despectus in vestimentis et calceamentis et cibus ut decebat ; in castitate sui corporis permanebat, in pane et aqua sepiissime ieiunabat. Vidit etiam in suis infirmitatibus patientem et sic in penitentia et bonis operibus vite sue cursum in Domino consummavit <sup>4</sup>.

*fr. Apollinaris.* 11. Frater Apollinaris interrogatus dixit quod iam sunt vii anni et plus quod beatum Ambrosium cognovit et vidit eum virum bonum et honestum, obedientem et castum, misericordem et despectum in vestimentis et gestis, patientem et humilem et caritativum. Dicit quod si aliquando offenderet in aliquo, correctionem cum

6. — <sup>1</sup> quadragesime R. — <sup>2</sup> fratrum R.  
7. — <sup>1</sup> pado *add. dein del.* R. — <sup>2</sup> lectio *du-*  
*bia.* — <sup>3</sup> corruptionem R. — <sup>4</sup> a *add. dein del.* R.  
— <sup>5</sup> circ *add. dein del.* R. — <sup>6</sup> fixuras R. —  
<sup>7</sup> gueta R. — <sup>8</sup> interstina R.  
8. — <sup>1</sup> caltiamentis R. — <sup>2</sup> frabricare R. —

<sup>3</sup> tranferendus R. — <sup>4</sup> infirmitate R. — <sup>5</sup> a Deo R.

9. — <sup>1</sup> Ascisio R. — <sup>2</sup> fratribus R. — <sup>3</sup> obtime R *saepius.*

10. — <sup>1</sup> frate R. — <sup>2</sup> per *add.* R. — <sup>3</sup> Motedonicum R. — <sup>4</sup> consumavit R *saepius.*

(1) Bettona in Umbria (circ. e mand. di Perugia). — (2) Pandulphus, ep. Suessanus (Sessa in Italia inferiore) commemoratur an. 1224. Eu-

BEL, *Hierarchia catholica medii aevi*, ed. 2<sup>a</sup>, t. I, p. 467. — (3) Castello della Pieve (prov. di Pesaro). — (4) Comune di Lamporecchio, prov. di Firenze. patientia



A patientia sustinebat<sup>1</sup>; fratribus infirmis et sanis libentissime serviebat; coquinam frequenter similiter faciebat; pro elemosina hostiatim sepeissime incedebat; officium suum devote celebrabat, precipue Virginis gloriose. Homo erat devotus, zelo<sup>2</sup> plenus spirituali; si enim videret aliquos delinquentes, zelo<sup>3</sup> accensus<sup>3</sup> pluries increpabat. Qui frater Appolinaris dicit <quod> pluries infra tempus predictum custos eius fuit, et sic in penitentia et<sup>4</sup> bonis operibus cursum suum in Domino consummavit.

fr. Bon-  
aiuti.

12. Frater Bonaionta de beato Ambrosio<sup>1</sup> interrogatus [quod] dixit suo iuramento, dicit autem quod, cum per annum et plus cum ipso fuerit commoratus, vidit eum bone vite boneque conversationis et in officio sollicitum plurimum et devotum. Vidit eum etiam virum obedientem, castum et erga infirmos pietatis viscera gestientem. Similiter si cum aliquo aliquando turbaretur, culpam suam dicens penitentiam iniunctam libentissime <adimplebat>; pro elemosinis sollicito et attente<sup>2</sup> incedebat, defrens fratribus que poterat invenire. Missarum sollempnia<sup>3</sup> libenter celebrabat et post confectionem fratribus suis coquinam pluries faciebat. Item erat <sollicitus> peccatoribus penitentiae medelam adhibere, quod quandoque commestionem et potum relinquens ad eorum petitionem sollicito accurrebat<sup>4</sup>. Infirmis secularibus salutis medelam conferre studiosissime procurabat, ita quod de proprio loco ad eorum domos cum medicaminibus accedebat. Item dicit quod vidit eum in duabus quadagesimis<sup>5</sup> secundam, quartam et vi feriam in pane et aqua ieiunantem et aliquando crudas erbas in isto ieiunio comedebat<sup>6</sup>, et sic in virtutibus vivens vite sue cursum in Domino consummavit.

Ego Rainerius Guidonis predicta omnia de mandato predictorum dominorum R. Urbevetaiani et G. Suanensis episcoporum et C. prioris Sancti Iohannis de Platea, et in ipsorum presentia scripsi et signavi, sub annis Domini millesimo ducentesimo quadagesimo, indictione tertiadecima, tempore domini Gregorii pape noni.

Signum<sup>7</sup> dicti (L. S.) Rainerii notarii.

Mulierem  
quattuor  
annos a  
demonibus  
vexatam

13. Die quartodecimo intrante augusto<sup>1</sup>.

Ventura filius Ildribandi Crassi de Sancto Iohanne de Montorio (1) Urbevetae diocesis, testis iuratus dixit quod, cum Gratia Rainaldi de loco predicto quatuor annis a demonibus ita fortiter vexaretur, quod quatuor hominum viribus non posset a vexatione demonum retineri, et ad plura oratoria accessisset nec ab ea demones ullatenus<sup>2</sup> fugarentur, tandem cum beatus Ambrosius in ecclesia Sancte Victorie eiusdem<sup>3</sup> castri consisteret, predicta ad eundem locum ab aliis est perducta. Et cum precepisset

Ambrosius  
etiamtum

11. —<sup>1</sup> substinebat R. —<sup>2</sup> celo R. —<sup>3</sup> accensus R. —<sup>4</sup> et bis scripti R.

12. —<sup>1</sup> beati Amb. R. —<sup>2</sup> actente R. —<sup>3</sup> sollempnia R. —<sup>4</sup> accurebat R. —<sup>5</sup> quatragesimis R. —<sup>6</sup> comedebat R saepius. —<sup>7</sup> singnum

(1) Comune de Sorano, prov. di Grosseto.  
— (2) « Sclarandie » legit Fumi, *Processo della canonizzazione del B. Ambrogio da Massa*, in *Miscellanea Francescana*, t. I, p. 77. — (3) Re-

demonibus ut ab eadem exeuntes<sup>4</sup> sine aliqua lesione ipsam dimitterent absolutam, statim obedientes eius iussionibus extiterunt<sup>5</sup>, ita quod predicta mulier postmodum non est perpressa ab eis aliquam lesionem. Ante vero quam fugarentur ab ea, timentes eum dicebant: « In tali loco est, et tali die veniet. » Quod sic erat. Interrogatus quantum tempus est quod hoc fuit, respondit quod est annus ante obitum suum. Et hoc dicit scire quia vidit.

Bonagratia eiusdem loci, cognatus dicte domine, iuratus dixit quod cum Gratia predicta quatuor annis a demonibus ita fortiter vexaretur quod quatuor hominum viribus non posset a vexatione demonum retineri, et ad plura accessisset oratoria nec ab ea ullatenus demones fugarentur; unde cum quodam die beatus Ambrosius in ecclesia Sancte Victorie eiusdem loci permaneret, predicta mulier ad eundem ab aliis est perducta; et cum praecepisset demonibus ut ab eadem exirent, <et> sine aliqua lesione ipsam dimitterent absolutam, statim obedientes eius iussionibus sic fecerunt, ita quod ab eis predicta mulier postmodum non est perpressa aliquam lesionem. Antequam<sup>6</sup> fugarentur demones timentes eum dicebant: « In tali loco et tali die veniet. » Quod sic erat. Et hoc dicit quod fuit iam est annus ante obitum beati viri.

Domina Senuta, uxor Bonagratie predicti, testis iurata, dicit idem quod dictus Bonagratia.

14. Domina Sclaraldie (2), nurus domine Tedore, de regione Sanctorum Apostolorum (3), iurata dixit quod cum haberet filium suum nomine Barthuctium qui orrebat ita lumen quod nullo modo poterat prospicere ignem nec solem nec aerem<sup>1</sup> nec aliquid aliud lumen; unde cum beatus Ambrosius in extremis laboraret, accessit ad locum ubi iacebat et petiit mercedem ab eo quod poneret manum suam super oculos pueri predicti quem deportaverat secum. Unde beatus Ambrosius dixit quod posuit manum super oculos pueri et fecit signum crucis; ad cuius tactum in continenti puer est liberatus. Interrogatus quanto tempore habuerat illud vicium, respondit: « Tempore unius anni et dimidii. » Interrogatus quando hoc, respondit: « Eo die quo bone memorie a seculo migravit. »

PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS  
vivens  
liberat.

Puerum  
oculis  
captum

moribundus  
signo  
crucis  
sanat;

Domina Tedora, soror Bartholomei medici, de regione Sanctorum <Apostolorum>, testis iurata dixit quod, cum haberet nepotem suum Barthuctium, filium dicte domine Sclaraldie, qui orrebat ita lumen quod nullo modo poterat prospicere ignem nec aerem nec lumen aliquod; unde, eo die quo bone memorie beatus Ambrosius a seculo migravit, dicta domina Sclaraldie deportavit filium suum ad locum ubi iacebat antequam migrasset, et fecit duci manus viri Dei

R saepe.

13. —<sup>1</sup> agosto R. —<sup>2</sup> corr., prius nullatenus R. —<sup>3</sup> terre add. dein del. R. —<sup>4</sup> eseuntes R. —<sup>5</sup> extiterut R. —<sup>6</sup> ante quam R fere semper.  
14. —<sup>1</sup> aerem R semper.

giones seu vicos civitatis Urbevetae descriptos vide apud G. PARDI, *Il catasto d' Orvieto dell' anno 1292*, in *Bollettino della Società Umbra di storia patria*, t. II (1896), p. 225-320.

per



PROCESSUS per oculos pueri nominati et signum crucis fecit  
CANONIZA- fieri et incontinenti a dicto vicio puer plenissi-  
TIONIS me est curatus meritis beati viri.

Domina Cicilia<sup>2</sup>, mater fratris Fatii, eiusdem regionis, cognata dicte domine Tedore, testis iurata dicit idem quod domina Tedora predicta.

item  
puellam  
in gutture  
et faucibus  
gangulis  
laboran-  
tem.

15. Domina Matthaliona, uxor Ranuctii mercatantis, de regione Sanctorum Apostolorum, iurata dixit quod, cum beatus Ambrosius laboraret in extremis, hec domina accessit ad locum ubi iacebat et duxit quamdam suam filiam nomine Massariam (1), que habebat gangulas in gutture et gula, que multum orribiles videbantur, et rogavit eum et petiit<sup>1</sup> mercedem ab eo quod imponeret manum suam <super> gulum dicte puelle et faceret signum crucis. Qui vir sanctissimus posuit manum suam super gulum dicte puelle et fecit signum crucis; ad cuius mercedem et tactum puella est liberata die sequenti post tactum. Interrogata quanto tempore dicta puella habuerat dictas gangulas, respondit: «Tempore quatuor annorum.» Et quando liberata est: «Eo die quo migravit.» Interrogata quibus presentibus, respondit quod fere tota domus erat plena ubi iacebat. Interrogata si dicta puella rehauit post dictas gangulas, respondit: «Non, immo liberata fuit.» Et eam coram dominis episcopis et priori predictis et me notario demonstravit optime liberatam.

Aliam  
a tumore  
in capite  
liberat.

16. Domina Iacoba, uxor Iohannis fabri<sup>1</sup>, de regione Sancti Andree, iurata dixit quod cum haberet filiam suam nomine Claruvisum habentem in capite morbum qui dicitur lupa; unde cum hec domina staret ante domum suam quodam <die> post oram vespertinam, bone memorie beatus Ambrosius transiit ante domum huius, quem ipsa domina vocavit ut super infirmitatem sue filie sibi daret consilium et iuvenem; et beatus vir respexit morbum et posuit manum et fecit signum crucis; et in mane sequenti, cum dicta domina surrexit<sup>2</sup>, rimata fuit morbum et ibi invenit characterem crucis, et alio die sequenti puella a dicto morbo plenissime est curata. Interrogata de tempore, respondit<sup>3</sup>: VIII die antequam bone memorie vir beatus a seculo migrasset<sup>4</sup>. Interrogata quibus presentibus, respondit quod vir suus predictus erat et predicta vidit; et dicit quod passa fuerat puella tempore unius anni illam infirmitatem.

Iohannes faber, de regione Sancti Andree, testis iuratus dixit quod cum haberet quamdam suam filiam nomine Claruvisum in capite habentem morbum qui dicitur lupa; unde cum iste staret in domo sua uno sero post oram vespertinam, beatus Ambrosius tunc transiit, et uxor eius clamavit eundem rogans eum ut super infirmitate dicte puelle daret consilium.

<sup>2</sup> corr., prius Ciciva R.

15. —<sup>1</sup> ab eo add. dein del. R.

16. —<sup>1</sup> frabi corr., prius frabri R. —<sup>2</sup> surrexit R. —<sup>3</sup> ante add. dein del. R. —<sup>4</sup> prius migravit R. —<sup>5</sup> bis script. sed semel del. R.

(1) «Massaia» FUMI, op. c., p. 80; «Massanam» *Dialogus de gestis Sanctorum Fratrum Minorum*, ed. DELORME, p. 171, num. 37. — (2) «Synibaldus Ranucci Hermanni» saepe comparet tanquam testis in actis annorum 1234-1239. FUMI, *Codice diplomatico*, pp. 140, 144, 157, 158, 160. — (3) «Be-

Qui caput dicte puelle tetigit et suis<sup>5</sup> manibus D signum crucis fecit; et in mane sequenti, cum uxor sua respexit caput dicte puelle, vidit ibi characterem crucis et alio die sequenti a predicta infirmitate puella est plenissime liberata.

Ego Rainerius Guidonis predicta omnia de mandato predictorum dominorum R. Urbevetaiani et G. Suanensis episcoporum et C. prioris Sancti Iohannis de Platea et in ipsorum presentia signavi, sub annis Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, indictione XIII, tempore domini Gregorii pape noni.

Signum dicti (L. S.) Rainerii notarii.

17. In nomine Domini. Die quartodecimo intrante mense iunii.

MIRACULUM. Legerius clavarius civis Urbevetaiani, qui moratur iuxta domum domini Sinebaldi Ranuceali Hermanni (2), iuratus dixit suo iuramento quod cum ivisset cum Bemvenuto (3) suo filio mense iunii et aliis pluribus in festivitate sancti Barnabe (4), ad flumen Palee (5) causa se balneandi, puer depositis vestibus balneabat se in aqua plana sicut monitus fuerat a patre ne transiret ad altam aquam; idem vero Legerius cum ibi prope ubi se filius balneabat non esset renarium (6) accessit longius<sup>1</sup> ad renarium; Bemvenuto vero eius filius non obediendo preceptis patris deinde reliquit<sup>2</sup> locum aque plane et ivit ad locum ubi erat aqua profunda et revolutio eiusdem; et cum puer nesciret natate submersus est et subrenatus. Et quidam puer qui iverat cum dicto suo filio <et> hoc videbat, vocavit hunc Legerium eius patrem ut<sup>3</sup> veniret et adiuveret filium eius iam submersum; qui cum audivisset sic clamantem, accessit ad locum aque ubi submersus erat eius filius memoratus, et cum iret per aquam pro suo filio inveniendi cum adstantibus<sup>4</sup> ibidem qui venerant ad rumorem et ploratum huius, et eum ipse et adstantes non possent invenire, incepit clamare plorando: «Sancte Ambrosi, redde<sup>5</sup> michi filium meum.» Et quidam qui nomine Gualterius vocatur intravit aquam et se submersit et puerum memoratum de profundo pelagi mortuum extraxit. Interrogatus quomodo sciret quod mortuus esset, respondit quia tam hos quam oculos plenos terre habebat et ipsos in capite revolutos. Unde cum extractus fuisset et in terra positus, iste vero Legerius plorando una cum adstantibus inceperunt clamare auxilium beati Ambrosii viri Dei ut suis meritis gloriosius dignaretur<sup>6</sup> puerum reddere patri suo. Ad cuius invocationem meritis viri Dei in continenti puer revixit et primum verbum quod emisit puer<sup>7</sup> hoc fuit: «Sancte Ambrosi, iuva me.» Interrogatus quibus presentibus, respondit: Ranuctio Ardictionis camerario communis Urbeve-

Invocato  
B. Ambrosii  
auxilio  
reviviscunt

E

puer  
fluctibus  
praejocatus.

F

17. —<sup>1</sup> longnius R. —<sup>2</sup> reliquid R. —<sup>3</sup> et R. —<sup>4</sup> abstantibus R hic et deinceps. —<sup>5</sup> reddere R. —<sup>6</sup> digneretur R et deinceps. —<sup>7</sup> corr., prius p. q. e. v.

nevenutus», *Dialogus*, p. 179, num. 49. — (4) 1 iunii. — (5) Flumen Palea (*Paglia*) quod Urbem veterem alluit et in Tiberim influit. — (6) Pro «arenario»; cf. paulo inferius: «rena» pro «arena» et «subrenatus».



A tani, eius scutifero Andrea Barberio et aliis pluribus. Interrogatus quantum potuit stare puer in aqua, respondit: multum, quia iste distabat ab eo per moram et postmodum multum iverunt eum homines petendo per aquam et non poterat inveniri, sic erat profunda. Interrogatus quanti temporis sit puer, respondit: nondum habet decem annos.

Iohannes Soldane, de regione Sancti Andree, testis iuratus dixit quod cum de mense iunii in quo sumus, die festivitatis <sup>8</sup> sancti Barnabe, ivisset ad flumen Palee causa se balneandi, filius Legerii clavarii submersus est et adfocatus in aqua profunda, ita quod vultus eius limo sive creta et rena fuerat deturpatus<sup>9</sup> et lutum tam in hore quam in oculis habebat et oculos in capite revolutos; unde clamore facto fuerunt omnes adstantes acciti et ibant per aquam pro puero inveniendi, quem non poterant invenire. Quidam nomine Gualterius intravit in aquam et se submergens, ipsum puerum mortuum de profundo pelagi tunc extraxit<sup>10</sup> et omnes cum pro mortuo reputabant et mortuum plorabant, et pater et omnes adstantes rogaverunt Deum et beatum Ambrosium ut sanum dignaretur reddere patri suo. Et voto facto in continenti puer se duxit et meritis beati viri recepit plenissime sanitatem. Interrogatus quibus presentibus, respondit: Ranuctio Ardictionis camerario communis Urbevetani, scutifero suo Andrea Barberio, patre pueri et aliis multis.

B Andreas Barberius, de regione Vallis Placte (1), iuratus dixit quod cum iste, de mense iunii qui nunc est, ivisset ad flumen Palee causa se balneandi die sancti Barnabe cum Legerio clavario et aliis pluribus, filius Legerii se balneabat in aqua plana sicut monitus fuerat a patre<sup>11</sup>; deinde accessit ad locum ubi erat aqua profunda et revolutio eiusdem, ita quod submersus est et subrenatus cum neciret natate. Unde cum quidam puer, qui cum eo iverat, vidisset filium Legerii in aquam intrare, vocavit Legerium suum patrem ut veniret ad filium suum iam submersum. Ad cuius clamores plures homines venerunt et cum irent per aquam, filium dicti Legerii non poterant invenire. Unde quidam qui vocatur Gualterius intravit aquam et se submersit et puerum memoratum de profundo pelagi mortuum tunc extraxit. Interrogatus quomodo sciret quod mortuus esset, respondit: quia nullo modo se ducebat nec de pulso habebat et tam hos quam oculos plenos terre habebat et ipsos in capite revolutos. Interrogatus quibus presentibus, respondit: Ranuctio Ardictionis camerario communis Urbevetani, scutifero suo et aliis multis. Interrogatus quantum potuit stare in aqua puer, respondit: per magnam horam quia pater ab eo distabat et postmodum fuerunt adstantes per aquam rimati quem non poterant invenire. Unde pater et omnes<sup>12</sup> ibidem adstantes plorando inceperunt clamare auxilium beati Ambrosii, ut dictum puerum dignaretur reddere

patri suo, dicendo pater quod si faceret, ad eius servitium permaneret toto tempore vite sue et de suo eius amore daret. Ad cuius invocationem meritis beati Ambrosii puer revixit in continenti. Et dixit quod primum verbum quod puer emisit fuit hoc: « Sancte Ambrosi, iuva me. »

Ranuctius Ardictionis (2), camerarius communis Urbevetani, iuratus dixit quod cum de mense iunii qui nunc est ivisset ad flumen Palee causa se balneandi cum scutifero suo et aliis pluribus et cum se balnearet, audivit emittere voces quod filius Legerii clavarii erat submersus et subfocatus<sup>13</sup> in aqua. Ad quos clamores accessit et invenit Legerium et alios plures qui ibant per aquam pro inveniendi filium Legerii nominati, quem non poterant invenire, sic ibi ubi puer iacebat erat aqua profunda. Et cum ivisset per magnam<sup>14</sup> oram pro puero inveniendi, quidam nomine Gualterius clavarius intravit aquam et se submersit et tunc puerum mortuum de profundo pelagi extraxit, quem pater et adstantes mortuum reputabant et plorabant. Unde pater plorando et omnes adstantes inceperunt clamare auxilium beati Ambrosii et mercedem quod puerum memoratum sanum dignaretur reddere patri suo. Ad cuius invocationem puer revixit<sup>15</sup> in continenti et primum verbum quod statim emisit fuit hoc: « Sancte Ambrosi, iuva me. » Interrogatus quomodo sciret quod mortuus esset, respondit quod firmiter mortuus erat quia habebat hos plenum terre et oculos illud idem, et ipsos in capite revolutos. Interrogatus quibus verbis usus pater in vocatione, respondit quod rogavit beatum Ambrosium ut suum filium sibi reddere dignaretur et ipse donec vixerit ad suum servitium permaneret et de suo, donec<sup>16</sup> viveret, daret amore suo. Interrogatus quibus presentibus, respondit: patre pueri, scutifero ipsius camerarii, Andrea Barberio et aliis pluribus. Interrogatus quanti temporis sit puer, respondit quod non x annorum.

Iohannes, scutifer camerarii predicti, iuratus dixit quod cum quadam die de hoc mense ivisset ad flumen Palee cum camerario predicto et cum se idem Ranuctius balnearet, ipsi audiverunt clamores quod filius Legerii predicti erat in aqua affocatus et subrenatus; unde accesserunt ad locum ubi erat clamor et invenerunt Legerium predictum et alios multos qui ibant per aquam pro puero filio Legerii inveniendi, quem non poterant invenire quia dicebant<sup>17</sup> quod aqua ubi puer iacebat erat multum profunda. De omnibus interrogatus dixit ut camerarius predictus.

18. MIRACULUM. Leonardus de Montepulcano, qui moratur in domo Ugulini Iohannis Uguitionis (3), iuratus dixit quod cum haberet quemdam suum filium nomine Iohannem unius anni et ambularet puer per palatium predicti Ugulini, puer se faciens ad fenestram cecidit ad terram de palatio, qui statim mortuus est puer. Unde pater <qui> erat ibi presens, de terra suum fi-

PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS.

E.

F.

alias  
e fenestra  
delapsus.

<sup>8</sup> corr. R. — <sup>9</sup> deturbatus R. — <sup>10</sup> extraxit R. — <sup>11</sup> prius matre R. — <sup>12</sup> a add. dein del. R. —

<sup>13</sup> subfocatus R. — <sup>14</sup> mangnam R. — <sup>15</sup> revisit R. — <sup>16</sup> vid add. dein del. R. — <sup>17</sup> dicebat R.

(1) Hodie Valle Piatta. — (2) Comparet in chartis an. 1240-1248, Fumi, Codice diplomatico, Novembris Tomus IV.

pp. 166, 170, 173, 180, 181. — (3) Cf. PARDI, t. c., pp. 275, 279.



PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

lium mortuum collegit; unde cum teneret eum mortuum in brachiis et ploraret eum mortuum, tandem incepit clamare auxilium beati Ambrosii viri Dei et eum beato Ambrosio devovit ut ipse suis meritis gloriosis sanum suum filium sibi reddere dignaretur, dicens et utens hiis verbis, quod si suum filium redderet sibi sanum ad sepulchrum suum imaginem<sup>1</sup> ceream deportaret et ad eius servitium permaneret<sup>2</sup> toto tempore vite sue. Quo voto facto, in continenti meritis beati Ambrosii et ad eius invocationem puer revixit sine aliqua lesione sue carnis, nisi quod exivit aliquantulum albedinis per auriculam<sup>3</sup>, quam dicebant homines esse cerebrum. Et sic omnes adstantes dicebant: « Firmiter mortuus est quia cerebrum exivit caput. » Interrogatus quantum distat a terra altitudo unde cecidit puer, respondit quod altitudo unde cecidit puer est quinque passuum<sup>4</sup> et quatuor pedum. Interrogatus in quo cecidit puer, respondit: « In via publica inter palatium predicti Ugulini et palatium Simeonis Gualfreductii. » Interrogatus quando fuit hoc, respondit: de mense maii proxime preteriti post migrationem bone memorie beati Ambrosii. Interrogatus quibus presentibus: Petro fabro<sup>5</sup>, Bemvenuto cappellario, uxore Grilli et aliis pluribus qui iverant ad planctum<sup>6</sup>. Interrogatus qualiter se haberet infans, coram domino Rainerio episcopo Urbevetano, episcopo Suanensi, priore Sancti Iohannis, priore Sancte Crucis et me notario infrascripto demonstravit eum sanum.

Petrus faber, de regione Sancti Leonardi, civis Urbevitanus, testis iuratus dixit quod cum filius Leonardi predicti, quidam puer parvus, iret per palatium Ugulini, puer se faciens ad fenestram palatii predicti cecidit ad terram, qui statim mortuus fuit, et eum in brachiis sui patris mortuum vidit et mortuum pater et mater et alii de adstantibus plorabant. Interrogatus quomodo scit quod mortuus esset, respondit quia puer nullo modo se ducebat nec sibi pulsus ullatenus inveniebatur; et etiam dicit quod exiverat cerebrum capitis pueri per auriculam. Unde cum teneret pater mortuum in brachiis, plorando incepit clamare auxilium beati Ambrosii viri Dei, vovendo eum beato Ambrosio dicens: « Sancte Ambrosi, tibi voveo filium meum ut michi tuis meritis gloriosis reddere digneris; quod si feceris, ad tuum servitium omni tempore permanebo et imaginem ceream ad tuum sepulchrum portabo. » Quo voto facto, meritis beati viri et ad eius invocationem puer revixit in continenti sine aliqua lesione, nisi quod exivit de auricula<sup>7</sup>, ut dictum est supra. Interrogatus quibus presentibus, respondit: multis qui venerant ad planctum. Interrogatus de tempore, respondit: de mense maii proxime preteriti, tempore migrationis viri Dei. Et dicit hic etiam quod altitudo unde cecidit distat multum a terra, ita quod quadam vice quedam famula domini Ugulini Grece cecidit de loco predicto, que statim mortua fuit et sibi ambo oculi creperunt.

Bemvenuto cappellarius eiusdem regionis

testis iuratus dixit quod cum iste staret ante apothecas filiorum Petri Cittadini prope palatium Ugulini predicti, quidam puer parvus filius Leonardi de Montepulcano<sup>8</sup>, qui moratur in palatio dicti Ugulini, cecidit de palatio predicto in terram; et cum audivisset sonitum pueri quando cecidit et patrem pueri et matrem plorantes, accessit; quem pater suum filium in brachiis mortuum retinebat et eum mortuum plorabant et voto emisso meritis beati Ambrosii in continenti puer plenissime est sanatus sine lesione aliqua sue carnis, nisi quod exivit aliquantulum albedinis per auriculam<sup>9</sup>, quam adstantes dicebant esse penitus cerebellam. Interrogatus quomodo sciret quod mortuus esset, respondit quia nullo modo se ducebat nec sibi pulsus inveniebatur; et dicit quod tenuit<sup>9</sup> puerum qui firmiter mortuus erat. Et dicit quod altitudo unde cecidit multum distat a terra. Interrogatus de tempore, respondit: « Tempore migrationis beati viri, de mense maii proxime preteriti. » Interrogatus quibus presentibus respondit: « Petro fabro, domina Viscontessa<sup>10</sup>, Ugulino predicto et alia multitudine tam hominum quam mulierum, que venerat ad mortuum. » Interrogatus quibus verbis usus est pater in voto seu vocatione, respondit quod dixit: « Sancte Ambrosi, tibi voveo filium meum<sup>11</sup> et voveo mercedem quod michi tuis meritis gloriosis digneris reddere sanum michi, et ego ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo et ad tuum servitium permanebo toto tempore vite mee. »

Domina Viscontessa, uxor Grilli cartarii, testis iurata dixit quod, cum filius Leonardi de Montepulcano eius convicini iret per palatium Ugulini Iohannis Uguicionis, puer se fecit ad fenestram palatii, cecidit in terram; qui statim mortuus fuit. Interrogata quomodo scit quod mortuus fuerit, respondit quod vidit et tetigit eum mortuum et pater mortuum in brachiis retinebat. Unde plorando eum beato Ambrosio iam devovit clamando mercedem et auxilium viri <Dei>, ut suis meritis gloriosis filium suum sibi reddere dignaretur; quod si faceret, ad suum servitium permaneret toto<sup>12</sup> tempore vite sue et imaginem ceream ante suum sepulchrum deportaret. Et voto facto, meritis beati viri Ambrosii puer revixit in continenti sine aliqua lesione. Interrogata quando fuit hoc, respondit: de mense maii, tempore migrationis bone memorie beati viri. Interrogata de die, respondit se non recordari. Interrogata quibus presentibus, respondit quod magna multitudo hominum et mulierum, que venerat ad mortuum, erat. Et dicit quod altitudo unde cecidit puer est ita alta quod nullus posset evadere quin statim moreretur<sup>13</sup> si caderet inde. Interrogata quanti temporis sit ipse puer, respondit quod est unius anni.

Lemma Ugulini de Castello, civis Urbevitanus, testis iuratus dixit quod vidit<sup>14</sup> filium Leonardi de Montepulcano qui ceciderat de palatio Ugulini predicti mortuum illa occasione; quem

18. —<sup>1</sup> in imaginem R et deinceps. —<sup>2</sup> permaneret R. —<sup>3</sup> auricolam R. —<sup>4</sup> passum R. —<sup>5</sup> frabo R et deinceps. —<sup>6</sup> plantum R. —<sup>7</sup> auricola R. —<sup>8</sup> montepulcano R. —<sup>9</sup> tent (?) R. —

<sup>10</sup> Viscontessa R. —<sup>11</sup> sup. lin. —<sup>12</sup> corr., prius totot R. —<sup>13</sup> moriretur R. —<sup>14</sup> corr., prius viderat R.



A pater cum cecidit de palatio mortuum collegit et in brachiis mortuum retinebat. Interrogatus quomodo sciret quod mortuus esset, respondit quia vidit et tetigit eum mortuum et tam pater quam et alii de adstantibus puerum mortuum plorabant. Unde pater plorando incepit clamare auxilium beati Ambrosii viri Dei ut ipse suis meritis gloriosus suum filium dignaretur reddere sibi sanum. Quo voto facto, ad invocationem beati viri et eius meritis gloriosis statim plenissime <sup>15</sup> est sanatus sine lesione aliqua sue carnis, nisi quod exivit aliquantulum turpitudinis albe per auriculam <sup>2</sup>, quam dicebant adstantes esse penitus cerevellam. Interrogatus de tempore quando fuit, respondit: de mense maii <sup>16</sup> proxime preteriti, tempore migrationis <sup>17</sup> beati Ambrosii.

*Infanti constrictae maxillae aperiuntur.*

B **19. MIRACULUM** <sup>1</sup>. Magister Petrus faber, de regione Sancti Leonardi, civis Urbevetanus, testis iuratus dixit quod cum domina Clara eius uxor <sup>2</sup> peperisset filium masculum et per xxx dies habuerit sanum, puer incepit graviter infirmari ita quod non lactaret, et taliter claudere hos quod sibi non poterat ullatenus aperiri, nec sibi pulsus ullatenus inveniebatur, quod sic steterat una die et una nocte, quem mortuum penitus retinebat quia omnia sua membra refrigerabant <sup>3</sup> tanquam hominis morientis. Unde cum illa nocte quasi in hora matutinali <sup>4</sup> cum uxore sua mortuum custodiret, tandem beato Ambrosio iam devovit <sup>5</sup> ut Deus meritis beati Ambrosii sibi dignaretur reddere suum filium sanum, dicens quod si faceret, quod ad eius servitium permaneret toto tempore vite sue et eius amore, donec viveret, daret de suo. Ad cuius invocationem meritis beati viri, voto facto, in continentem antequam iste se moveret puer aperuit hos et cepit lactare et recepit plenissime sanitatem. Interrogatus de tempore quando hoc fuit, respondit: de mense maii proxime preteriti, tempore migrationis bone memorie beati viri. Interrogatus quibus presentibus, respondit: ipso presente et uxore sua predicta. Interrogatus in quo loco, respondit: in domo sua; et dixit quod in mane sequenti, quando hoc fuit, firmiter credebatur puerum sepelire <sup>6</sup>.

C Domina Clara, uxor magistri Petri predicti, iurata dixit quod, cum ipsa peperisset filium masculum et per xxx dies habuisset sanum, ita est ab infirmitate pessima occupatus quod mammam non sugeret et claudere hos taliter inceperat quod sibi non poterat ullatenus aperiri nec sibi pulsus inveniebatur et omnia sua membra refrigerabant <sup>2</sup> tanquam hominis morientis, et sic steterat una die et una nocte; qui sibi mortuus penitus apparebat. Unde cum in nocte cum viro suo predicto mortuum custodiret, tandem eius vir eum beato Ambrosio devovit, ut Deus meritis gloriosus viri Dei dignaretur suum filium reddere sibi sanum, dicens quod si faceret, quod ad suum

servitium permaneret toto tempore vite sue, et donec vixerit de suo dabit eius amore. Qui puer in continentem, voto facto, aperuit hos et incepit lactare et recepit plenissime sanitatem. Interrogata de tempore quando fuit, respondit: de mense maii proxime preteriti, tempore migrationis bone memorie beati Ambrosii; et hoc fuit in domo sua de nocte in hora matutini, ipsa et viro suo presentibus.

Ego Rainerius Guidonis notarius predicta omnia de mandato predictorum dominorum R. Urbevetani et G. Suanensis episcoporum et C. prioris Sancti Iohannis de Platea et in ipsorum presentia scripsi et signavi sub annis Domini millesimo ducesimo quadragesimo, indictione tertiadecima, tempore domini Gregorii pape noni.

Signum dicti (L. S.) Rainerii notarii.

20. Die quintodecimo <sup>1</sup> intrante mense iunii.

MIRACULUM. Pelle, de regione Sancte Mustiole, qui habitat iuxta domum Barthi Rapiçelle (1), testis iuratus dixit quod cum frater suus Lombardus (2) pateretur <sup>2</sup> et laboraret <sup>3</sup> morbo caduco et demoniacus videbatur, dicit quod xl vicibus cadebat <sup>4</sup> inter diem et noctem et propter hunc morbum torquebat hos et visum et omnia alia membra tanquam homo vexatus maximos clamores aliquando faciendo. Idem vero Lombardus cum difficultate dixit hoc verbum: «Portate me ad sanctum Ambrosium.» Unde hic Pelle fratrem suum beato Ambrosio iam devovit ut ipse suis meritis gloriosis dignaretur suum fratrem misericorditer liberare. Et sic eundem suum fratrem cum vi hominibus in quadam cultra ad beati Ambrosii tumulum deportavit; et hoc dixit quod fuit quodam sero in domo sua quando votum fecit. Ad cuius votum et invocationem, meritis beati in mane sequenti plenissime est curatus et ad domum propriam sanus et incolumis est reversus, ita quod post votum factum non perpessus <est> aliquam lesionem. Interrogatus quibus verbis usus est in voto respondit quod dixit: «Beate Ambrosi, tibi voveo fratrem meum, quod si eum liberaveris tuis meritis gloriosis, ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo et ad tuum servitium donec vixero permanebo.» Interrogatus de tempore quando fuit, respondit: de mense aprilis tempore migrationis bone memorie beati Ambrosii. Interrogatus quibus presentibus, respondit: Petro Cariscie, domina Riccamotagna <sup>2</sup> uxore domini Ildrebandini <sup>6</sup> Ruffavelle, domina Clara uxore Lombardi predicti, Rubino, Petro Barthi Rapiçelle et aliis pluribus. Interrogatus quanto tempore sic fuerat passus, respondit: duobus mensibus antequam bone memorie a seculo migrasset; et dicit quod illa infirmitas nunquam dimiserit eum tempore supradicto nec poterat aliquid persentire.

Petrus Cariscie, eiusdem regionis, testis iuratus

PROCESSUS  
CANONIZATIONIS

Daemoniacus in sepulchro Ambrosii de morbo caduco liberatur.

<sup>15</sup> plenissime R. — <sup>16</sup> bis script. R. — <sup>17</sup> bone add. dein del. R.

<sup>19</sup>. — <sup>1</sup> et testis add. R. — <sup>2</sup> pp add. dein del. R. — <sup>3</sup> refrigerabant R. — <sup>4</sup> matutinali R hic et deinceps. — <sup>5</sup> corr., prius b. i. d. A. —

<sup>6</sup> sepellire R.

<sup>20</sup>. — <sup>1</sup> corr., prius quartodecimo R. — <sup>2</sup> morbum add. dein del. R. — <sup>3</sup> laboraret R. — <sup>4</sup> minimum add. dein del. R. — <sup>5</sup> Riccamotagna R et saepius. — <sup>6</sup> Ild. R.

(1) FUMI, op. c., p. 162. — (2) «Leonardus» Dialogus, num. 18, p. 154.

dixit



PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

dixit quod <cum> Lombardus frater Pellis pateretur et morbo caduco taliter laboraret quod xx vicibus in die a dicto morbo pessime vexabatur, et mittebat spumam per hos et pugnones stringebat<sup>7</sup> et torquebat hos, visum et omnia membra tanquam homo vexatus, tamen erat semper mente alienatus ita quod aliquid non poterat persentire; quam infirmitatem fuerat passus duobus mensibus iam elapsis. Unde cum iste testis staret quodam sero in domo passi et essent ibi quamplures, idem cum difficultate dixit hoc verbum: «Portate me ad sanctum Ambrosium.» Qui vero Pellis, frater eius, beato Ambrosio iam devovit dicens: «Beate Ambrosi, tibi voveo fratrem meum, quod si eum tuis meritis gloriosis liberaveris, ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo et ad tuum servitium permanebo toto tempore vite mee.» Interrogatus de tempore, respondit: tempore migrationis bone memorie beati viri. Ad cuius votum et eius meritis gloriosis in mane sequenti plenissime est curatus, ita quod ad domum propriam sanus et incolumis est reversus. Interrogatus si ille morbus eum vexavit post, respondit quod non. Item dicit quod vidit quando Pelle<sup>8</sup> predictus cum quibusdam aliis in quadam cultra ad beati viri tumulum deportavit eum taliter infirmantem.

Domina Riccamotagna, uxor domini Ildrebandini Ruffavelle, testis iurata dixit quod cum Lombardus frater Pellis pateretur et morbo caduco taliter laboraret quod xx vicibus in die vexabatur et torquebat hos, visum et omnia membra tanquam homo vexatus et spumam per hos turpissimam mittebat et erat semper mente alienatus ita quod non poterat aliquid persentire, et ipsam infirmitatem sic fuerat passus duobus mensibus iam elapsis. Unde cum ista testis staret quodam sero in domo Pellis predicti idem passus cum difficultate dixit hoc verbum: «Portate me ad sanctum Ambrosium.» Idem vero Pellis beato Ambrosio tunc devovit dicens: «Beate Ambrosi, tibi voveo fratrem meum, ut tuis meritis gloriosis digneris eum misericorditer liberare; quod si feceris, ad tuum servitium imaginem ceream ante sepulchrum portabo et ad tuum servitium permanebo toto tempore vite mee.» Et sic dictus Pellis fratrem suum taliter infirmantem cum quibusdam hominibus in quadam cultra ad beati viri tumulum deportavit et in mane sequenti beati viri meritis ad eius invocationem plenissime est sanatus et ad domum propriam sanus et incolumis est reversus. Interrogata de tempore quando fuit, respondit: de mense aprilis tempore migrationis bone memorie beati viri. Interrogata quibus presentibus, respondit: Petro Cariscie, Petro Barthi Rapicelle et Rubino et aliis pluribus, qui deportarunt eum ad sepulchrum viri Dei.

Domina Balseverina, uxor Barthi Rapicelle, testis iurata dixit quod cum frater Pellis pateretur et laboraret morbo caduco ita fortiter et inique quod xl vicibus inter diem et noctem fortiter vexabatur et demoniacus videbatur,

ita torquebat hos et omnia membra, clamores D aliquando maximos faciendo, tamen semper erant mente alienatus, sed cum difficultate dixit hoc verbum idem Lombardus frater Pellis: «Portate me ad sanctum Ambrosium.» Et hoc dicit quod fuit quodam sero, tempore migrationis viri Dei, in domo dicti Pellis et Lombardi. Unde dictus Pellis fratrem suum beato Ambrosio iam devovit, ut ipse suis meritis gloriosis dignaretur eum<sup>10</sup> misericorditer liberare, dicens: «Beate Ambrosi, tibi voveo fratrem meum; quod si eum liberaveris tuis meritis gloriosis, ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo et ad tuum servitium permanebo toto tempore vite mee.» Et sic idem Pellis fratrem suum taliter infirmantem illo sero cum Petro Rapicelle, Rubino et aliis pluribus in quadam cultra ad beati Ambrosii tumulum deportavit. Ad votum eius et meritis gloriosis suis in mane sequenti extitit plenissime liberatus et ad domum sanus et incolumis est reversus. Interrogata quanto tempore sic fuerat passus, respondit: duobus mensibus antequam bone memorie a seculo migrasset. Interrogata si post vexatus est ab illa infirmitate, respondit: «Non.» Interrogata quomodo sciret predicta, respondit quia videbat et vidit et audivit et eius est vicina propinqua.

Rubinus Legerii, regionis predictae, testis iuratus dixit quod cum Lombardus predictus fortiter pateretur et laboraret morbo caduco, ita fortiter quod xl vicibus inter diem et noctem vexabatur et faciebat spumam per hos et pugnones stringebat et torquebat hos et omnia membra tanquam homo vexatus, clamores aliquando maximos faciendo, tamen dicit quod nichil poterat persentire, ita erat alienatus mente. Unde cum iste testis staret quodam sero in domo Pellis, idem eius frater Lombardus cum difficultate dixit hoc verbum: «Portate me ad sanctum Ambrosium.» Non quod ipse Lombardus aliquid persentiret. Idem vero Pellis tunc beato Ambrosio devovit dicens: «Beate Ambrosi, tibi voveo fratrem meum quod eum tuis meritis digneris misericorditer liberare; quod si eum liberaveris, ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo et ad tuum servitium permanebo toto tempore vite <meae>.» Et sic illo sero iste testis, ipse Pellis et quidam alii cives nostri in quadam cultra Lombardum taliter infirmantem ad beati Ambrosii tumulum deportarunt et iste testis eum custodivit ante sepulchrum tota nocte. Et in mane sequenti ad invocationem beati viri plenissime extitit liberatus, ita quod per se ad domum propriam sanus et incolumis est reversus<sup>11</sup>. Interrogatus de tempore quando fuit, respondit: de mense aprilis<sup>12</sup>, tempore migrationis beati viri; item dicit quod sibi ipse Lombardus linguam suam propriis dentibus perforabat.

Domina Clara, uxor Lombardi predicti, iurata dixit suo iuramento quod cum idem vir eius infirmitate maxima laboraret et haberet morbum caducum, ita quod xl vicibus et plus inter diem

<sup>7</sup> pugnones stringebat R. — <sup>8</sup> corr., prius Pellem R. — <sup>9</sup> beato Amb. R. — <sup>10</sup> d add. dein del. R. —

<sup>11</sup> respondit de add. dein del. R. — <sup>12</sup> aprilis R saepius.

et



A et noctem pessime vexabatur, et hoc dicit quia custodiebat eundem<sup>23</sup> et custodivit duobus mensibus taliter infirmantem quod aliquid non poterat persentire, ita erat mente alienatus. Tandem Pellis frater Lombardi beato Ambrosio devovit humiliter et devote quodam sero dicens: « Beate Ambrosi, tibi voveo fratrem meum, ut tuis meritis gloriosis eum digneris misericorditer liberare; quod si feceris, ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo et tibi ero devotus omni tempore vite mee. » Et sic idem Pellis cum Petro, et Rubinus predictus cum eisdem, et alii plures illo sero predictum Lombardum taliter infirmantem ad beati Ambrosii tumulum deportarunt. Ad cuius invocationem et eius meritis gloriosis in mane sequenti extitit plenissime liberatus et ad domum propriam sanus et incolumis est reversus. De omnibus aliis dixit ut Pelle predictus.

Injans mortuus natus vita donatur.

21. MIRACULUM. Domina Montanaria (1), uxor Ugulini sellarii, de regione Sancti Christofani (2), testis iurata dixit quod cum hec testis esset in domo domine Clare Çaldronis (3), ipsa domina Clara erat in partu<sup>1</sup>, que domina sicut Deo placuit peperit filium mortuum, que testis mortuum collegit eum; unde<sup>2</sup> dixit quod domina Dachia uxor Iacobi Tertie (4) et domina Oglente eius cognata dixerunt: « Habeamus de aqua et mittamus puerum ibidem: si<sup>3</sup> vivit aliquomodo videbitur statim. » Que sic fecerunt et nullo modo puer anelabat nec se ducebat <nec> movebat sed lividus erat totus tanquam homo percussus. Unde hec domina de aqua puerum sic extraxit<sup>4</sup>, et tam ipsa quam predicte inceperunt clamare auxilium beati Ambrosii viri Dei dicendo: « Sancte Ambrosi, tibi vocamus mercedem, ut super hunc puerum tuis gloriosis meritis miraculum debeas demonstrare, quod dares sibi flatum donec possit recipere baptismum<sup>5</sup> Christi. » Ad cuius invocationem in continenti puer vixit, et sic predicte fecerunt sibi statim dare baptismum, et post baptismum vixit puer quatuor<sup>6</sup> septimanis et mortuus est. Interrogata de tempore, respondit quod fuit quinto die intrante mense maii.

C Domina Dachia, uxor Iacobi Tertie, de regione Sancti Leonardi, iurata dixit quod cum ipsa staret in domo domine Clare Çaldronis et ipsa Clara esset in partu, peperit tunc sicut Deo placuit filium mortuum, quem de terra domina Montanaria mortuum collegit. Interrogata quomodo sciret quod mortuus esset, respondit quia puer nullo modo anelabat nec ducebat se sed totus erat lividus, ut homo percussus esset; et dicit aliud quod ipsa testis domina Montanaria et domina Oglente miserunt puerum in aquam ad probandum si viveret, quod nil valebat. Tandem predicte domine inceperunt clamare auxilium beati Ambrosii una voce dicentes: « Sancte Ambrosi, tibi vocamus merce-

dem, ut super hunc puerum debeas tuum miraculum demonstrare, ut dares flatum eidem tuis meritis gloriosis donec possit recipere baptismum Christi. » Ad cuius in vocationem in continenti, antequam se moverent, flatum sibi dedit et baptismum sibi dari fecerunt; et post baptismum vixit quatuor hebdomadis<sup>7</sup> et mortuus est puer. Et hoc dicit quod fuit de mense maii intrante mense predicti.

Domina Oglente, uxor Blanci, regionis predictae, testis iurata dixit quod cum ipsa testis staret in domo domine Clare predictae et ipsa Clara esset in partu, sicut Deo placuit ipsa peperit filium mortuum; quem mortuum domina Montanaria predicta de terra collegit. Unde hec domina et predictae domina Montanaria et domina Dachia ceperunt aquam et puerum sic miserunt, qui nullo modo se ducebat nec anelabat sed ita lividus videbatur quasi esset percussus. Unde inceperunt clamare auxilium beati Ambrosii, quod sibi daret flatum donec reciperet baptismum Christi. Ad cuius invocationem in continenti meritis beati viri vixit puer et habuit baptismum et vixit post<sup>8</sup> quatuor hebdomadis et mortuus est infans. Et hoc dicit fuisse de mense maii intrante, tempore migrationis beati viri.

22. MIRACULUM. Pace, que nunc habitat in domo Guidonis Iacobini, que consuevit habitare in regione Sancti Andree, iurata dixit quod cum a decem annis retro tanto dolore sui corporis gravaretur et cruribus sic esset contracta quod erigere se non poterat nec levare, et propter maximam infirmitatem de ea non remanserant nisi ossa, tandem quidam homines quos misit Guido predictus ad beati Ambrosii tumulum deportarunt. Que ibidem ante sepulchrum<sup>1</sup> se vovens beato Ambrosio humiliter et devote dicens: « Beate Ambrosi, me voveo tibi et tibi voco mercedem, ut tuis meritis gloriosis a tam pessima infirmitate, quam multis temporibus sum ego passa, me digneris misericorditer liberare; quod tibi ero devota omni tempore vite mee. » Et ante eius sepulchrum ad eius invocationem imaginem ceream fecit poni. Ad cuius invocationem ita est plenissime liberata quod ad domum propriam sana et incolumis est reversa, ita quod modo exeret officium suum et alia facta sua viriliter operatur. Interrogata de tempore voti, respondit: tempore migrationis beati Ambrosii, quodam die Iovis de mense aprilis, et tunc plena erat ecclesia hominum et mulierum. Et illo die in quo est ducta extitit liberata.

Domina Balseverina, uxor Barthi Rapicelle (5), iurata dixit quod cum mulier que vocatur Pax tanto dolore sui corporis gravaretur et sic esset contracta quod erigere per se nec levare poterat nullo modo. Interrogata quomodo scit quod fuerit sic passa, respondit quod tempore decem annorum vidit eam taliter infirmantem et eam sepiissime visitabat propter notitiam<sup>2</sup> quam ha-

PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

E

Mulieri  
a decem  
annis  
contractae  
usus  
membrorum  
redditur.

F

<sup>23</sup> (odfebat eundem) in ras. R.

21. —<sup>1</sup> ipartu R et deinceps. —<sup>2</sup> lectio dubia. —<sup>3</sup> bis script. —<sup>4</sup> extraxit R. —<sup>5</sup> batismum R et deinceps. —<sup>6</sup> hed add. sed del. R. —<sup>7</sup> hedo-

(1) « Montaria » *Dialogus*, num. 50, p. 180. — (2) « Christophori » *Dialogus*, ibid.; « San Cristoforo » *Fumi, Processo*, t. c., p. 129. — (3) « Zaldo-

matris R et deinceps. —<sup>8</sup> h add. dein del. R.

22. —<sup>1</sup> se pulchrum ante corr. R. —<sup>2</sup> notitiam ante corr. R.

nis » *Dialogus*, ibid. — (4) « Della Terza » *Fumi, Processo*, t. c., p. 129; cf. *Id.*, *Codice diplomatico*, p. 192. — (5) Cf. supra, num. 20, p. 579-80. — buerat



PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

buerat secum quando fuerat sana; quam agnovit et sui corporis vidit eam sanam tempore xvi annorum antequam infirmaretur. Unde cum hec testis<sup>3</sup> staret quodam die Iovis ante sepulchrum beati Ambrosii, dictam Pacem quidam homines deportarunt ad sepulchrum beati viri, quos non cognovit, et tunc Pax<sup>4</sup> beato Ambrosio humiliter se devovit et ante sepulchrum imaginem ceream fecit poni dicens: «Beate Ambrosi, tibi voco mercedem et me voveo tibi ut digneris me misericorditer liberare tuis meritis gloriosis a tam gravissima infirmitate.» Ad cuius invocationem et meritis bone memorie viri Dei, eo die quo ad ecclesiam ducta fuit, plenissime extitit liberata; et eam dixit quod cottidie<sup>5</sup> videt facere facta sua. Interrogata de tempore voti et liberationis, respondit: de aprile, tempore migrationis beati Ambrosii.

Domina Riccamotagna, uxor domini Ildrebandini, de regione Sancte Mustiole, testis iurata dixit quod cum x annorum tempore viderit Pacem predictam tanto dolore sui corporis adgravatam et contractam quod per se erigere non poterat nec levare nisi ab alio iuvaretur; unde cum hec testis staret quodam die Iovis de mense aprilis ante sepulchrum beati Ambrosii cum domina Balseverina predicta et aliis pluribus, dictam Pacem ante sepulchrum quidam deportarunt, quos non cognovit, que se beato Ambrosio<sup>6</sup> devovit humiliter et devote et ante sepulchrum imaginem ceream fecit poni ad invocationem viri Dei, dicens ipsa: «Beate Ambrosi, me voveo tibi et tibi voco mercedem, ut tuis meritis gloriosis a tam pessima infirmitate, quam multis temporibus ego sum passa, digneris misericorditer liberare me.» Ad cuius invocationem et eius meritis gloriosis, vidit eodem die Iovis plenissime liberatam, ita quod per se ad domum propriam sana et incolumis est reversa. Et dicit quod videt eam cottidie facta sua [et] viriliter operari. Item dicit quod antequam infirmaretur cognovit et vidit eam sui corporis bene sanam per xv annos et plus.

Grपालdus, scutifer domini R. episcopi Urbevetani, testis iuratus dixit idem quod domina Riccamotagna predicta. In hoc tamen differt<sup>7</sup> quod non erat in ecclesia quando Pax ducta fuit, sed meritis beati viri plenissime est sanata.

Domina Bona, de regione sancti Laurentii, testis iurata dixit quod per tempus decem annorum vidit Pacem predictam sic contractam et infirmitate sui corporis adgravatam quod per se nullo modo erigere poterat nec levare nisi ab aliquo iuvaretur; que antequam infirma fuisset, tempore xv annorum et plus vidit eam sui corporis bene sanam. Unde dicit hec testis quod cum ipsa staret quodam die de mense aprilis tempore migrationis beati Ambrosii ante sepulchrum et erat tota plena ecclesia, dicta Pax sic infirma ducta fuit a quibusdam hominibus ad sepulchrum. Que Pax beato Ambrosio se devovit, ut eam suis meritis <liberaret>. Voto

emisso, illo die ante oram none vidit ipsam a predicta infirmitate plenissime liberatam, ita quod per se ad domum suam sana et incolumis est reversa. Et dicit quod vidit eam post bene facere facta sua et pro facto suo ire quocumque volebat.

23. MIRACULUM. Domina Altagrata, uxor Iohannis Iacobini, de regione Sancte Mustiole, iurata dixit quod cum ista domina in nocte in lecto suo <iaceret> et haberet quandam suum filium nomine Franciscum quem tenebat in cunis, et dormisset ipsa, infans cecidit de cunis in terram et tam diu se duxit quod mortuus est. Unde hec domina excitata a somno<sup>1</sup> tetigit cunas et non invenit puerum suum. In continenti cepit clamare Iohannem eius virum dicendo: «Ubi est filius noster?» Et domina surrexit plorando et invenit puerum in terra mortuum, qui totus frigidus erat et de pulso nullo modo habebat. Unde hec testis et idem vir eius in continenti ceperunt clamare auxilium beati Ambrosii dicendo: «Beate Ambrosi, tibi vocamus mercedem ut nobis digneris reddere nostrum filium tuis meritis gloriosis, et nos ad tuum servitium erimus omni tempore vite nostre et ad tuum sepulchrum imaginem<sup>2</sup> ceream deportabimus.» Ad cuius invocationem in continenti puer recuperavit pristinam sanitatem; et hoc dicit quod fuit de mense maii proxime preteriti.

Ego Rainerius Guidonis notarius predicta omnia de mandato predictorum dominorum R. Urbevetani et G. Suanensis episcoporum<sup>3</sup> et C. prioris Sancti Iohannis de Platea et in ipsorum presentia scripsi et signavi sub annis Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, indictione tertiadecima, tempore domini Gregorii pape noni.

Signum dicti (L. S.) Rainerii notarii.

24. Iohannes Iacobini, de regione Sancte Mustiole, testis iuratus dixit quod cum ipse in lecto suo de nocte iaceret hoc anno de mense maii et haberet quemdam suum filium nomine Franciscum quem mater tenebat in cunis, infans cecidit de cunis in terram et tam diu se duxit quod mortuus est puer; et ipsa domina dormiebat. Unde a somno ipsa domina excitata tetigit cunas et infantem suum non invenit. In continenti incepit clamare hunc Iohannem dicendo: «Ubi est filius noster?» Et sic ipsa domina in continenti surrexit plorando et invenit eum in terra mortuum; et iste surrexit et invenit infantem, qui totus frigidus erat et de pulso nullo modo habebat; quem mortuum penitus retinebat ipse. Unde in continenti tam ipse quam uxor sua una voce inceperunt vocare auxilium beati Ambrosii dicendo: «Beate Ambrosi, tibi vocamus mercedem, ut tuis meritis gloriosis nostrum filium digneris reddere nobis sanum; et<sup>4</sup> nos ad tuum servitium devoti<sup>5</sup> erimus omni tempore vite nostre et ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabimus.» Ad cuius invocationem puer est in continenti plenissime sanatus.

25. Die sextodecimo intrante mense iunii.

<sup>3</sup> sta add. dein del. R. — <sup>4</sup> ipax R. — <sup>5</sup> coctidie R et deinceps. — <sup>6</sup> se add. R. — <sup>7</sup> corr., prius differit R.

23. — <sup>1</sup> sonno R. — <sup>2</sup> immagine R. — <sup>3</sup> et in ipsorum presentia add. dein del. R.  
24. — <sup>1</sup> ad add. R. — <sup>2</sup> devoti R.

MIRACULUM.

*Infans  
de cunis  
prolapsus  
ad vitam  
revocatur.*



Mulier  
a septem  
annis  
paralytica  
liberatur.

MIRACULUM. Domina Viatricis (1), uxor Simonis, de regione Sancti Salvatoris, iurata dixit quod cum ipsa paralitica esset et totum latus dextrum ante et retro taliter haberet amissum<sup>1</sup> quod de lecto per se nullomodo poterat erigere nec levare, quam infirmitatem sic fuerat passa vi annorum spatio iam elapso; unde beato Ambrosio se devovit humiliter et devote dicens: « Beate Ambrosi, me voveo tibi ut tuis meritis gloriosis digneris me misericorditer liberare et ego ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo et tibi ero devota omni tempore vite mee. » Ad cuius invocationem, voto facto, in continenti meritis beati viri extitit plenissime liberata et in mane sequenti per se suis pedibus cum imagine cere beati Ambrosii tumulum visitavit. Interrogata quando fuit hoc, respondit: de mense aprilis, tempore migrationis beati viri. Interrogata si rehavuit post dictam infirmitatem, respondit: non. Interrogata quibus presentibus quando votum fecit, respondit: domina Amata Rainerii fabri<sup>2</sup>, domina Clara sua cognata, viro dicte domine Viatricis, domina Ildribandina Tolodite.

B

Domina Amata, uxor Rainerii fabri, de regione Sancti Salvatoris, testis iurata dixit quod cum domina Viatricis predicta, eius commater, paralitica esset et totum latus dextrum amiserat ante et retro, ita quod de lecto se erigere non poterat nec levare, quam infirmitatem fuerat passa vi annorum spatio iam elapso; unde cum hec staret in domo dicte domine Viatricis, quedam sua cognata nomine Clara eidem Viatrici aliquam particulam cape beati Ambrosii deportavit, quam ipsa devote et humiliter iam recepit et tunc vovit se beato viro ut eam suis meritis liberaret, dicens quod si eam liberaret, ad sepulchrum suum imaginem ceream deportaret. Et sic voto facto, in continenti plenissime est curata, ita quod statim de lecto surgens et secundo die post votum sepulchrum beati Ambrosii propriis pedibus visitavit. Interrogata quando fuit hoc, respondit: de mense aprilis, tempore sue migrationis, presentibus dicta domina Clara, viro domine Viatricis, Ildribandina Tolodite et aliis pluribus.

C

Domina Clara predicta, cognata dicte Viatricis, testis iurata dixit quod cum domina Viatricis predicta paralitica esset et totum latus dextrum amississet ante et retro, ita quod de lecto per se nullomodo poterat erigere nec levare, quam infirmitatem fuerat passa vi annorum spatio iam elapso et plus; unde hec testis quodam die de mense aprilis, tempore migrationis beati Ambrosii, quedam sua cognata, aliquam particulam sue cape deportavit, quam devote et humiliter recepit, que se beato viro <devovit> dicens: « Beate Ambrosi, tibi voveo mercedem et votum facio, quod si me liberaveris ab ista infirmitate tuis meritis gloriosis, ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo. » Et voto expleto, in continenti plenissime est curata, ita quod statim de

lecto surgens recepit pristinam sanitatem, et secundo die post votum suis pedibus propriis beati Ambrosii limina visitavit. Interrogata de presentibus quando hoc fuit, respondit: viro dicte Viatricis, ipsa teste, que<sup>3</sup> vidit sic infirmam tempore supradicto, domina Amata Rainerii fabri, Ildribandina Tolodite.

Domina Ildribandina Tolodite, eiusdem regionis predictae, testis iurata dixit quod cum Viatricis predicta infirmitate maxima laboraret et paralitica esset, ut medici sic dicebant, et totum latus dextrum amiserat ante et retro, ita quod de lecto se erigere non poterat nec levare, quam infirmitatem sic fuerat passa vi annorum spatio iam elapso. Interrogata quomodo scit predicta, respondit: quia est eius convicina et videbat eam continue in lecto iacentem. Unde cum hec testis staret in domo sua, quedam sua cognata, que, Clara nominatur, eidem Viatrici aliquam particulam cape viri beati deportavit, que tandem beato Ambrosio se devovit dicens quod si eam suis gloriosis meritis liberaret, quod ad eius sepulchrum imaginem ceream deportaret. Interrogata de tempore quando fuit, respondit: tempore migrationis beati viri, presentibus viro dicte domine Viatricis, domina Amata, Clara predicta. Ad cuius invocationem et votum, voto expleto, in continenti recuperavit pristinam sanitatem et alio die sequenti post votum beati viri limina propriis pedibus visitavit.

PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

E

Simonus, vir domine Viatricis predictae, iuratus dixit quod cum spatio vi annorum videret eius uxorem infirmitate maxima laborantem, et paralitica esset et haberet amissum latus sinistrum totum ante et retro, ita quod de lecto per se nullo modo poterat erigere nec levare sed<sup>4</sup> continue sic iacebat; unde quodam die de mense aprilis, de die tamen non recordatur, quedam sua soror huius testis aliquantulum cape beati Ambrosii eidem Viatrici deportavit, que beato Ambrosio tunc se vovit dicens: « Beate Ambrosi, me tibi voveo et voveo mercedem, ut tuis meritis gloriosis digneris me misericorditer liberare a tam gravi infirmitate, et ego ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo. » Et sic voto facto, ad invocationem beati Ambrosii in continenti voto facto plenissime est curata, ita quod statim de lecto surgens recepit omnimode sanitatem, et sic alio<sup>5</sup> die sequenti post suis propriis pedibus beati viri limina visitavit.

Puellae  
altero  
oculo  
captae et  
podagra  
incuratae  
sanitas  
restituatur.

26. MIRACULUM. Ricca, filia Donadei Venuli, de regione Sancti Iovenalis, iurata dixit quod cum haberet quamdam suam filiam nomine Iovannam XII annorum, duorum annorum spatio claudicantem et dextro latere continue inclinatam, ita quod vix poterat se erigere ac levare, et occasione cuiusdam gutte que ipsam cottidie molestabat, ita quod se iuvare non poterat nec recte ambulare, et etiam haberet albuginem in oculo dextro, ita quod de ipso oculo penitus non videbat, immo videbatur dicte puellae oculus crepuisse, et variis medicamentis apposis non po-

25. —<sup>1</sup> admissum R et deinceps. —<sup>2</sup> fratri R hic et infra. —<sup>3</sup> quam R. —<sup>4</sup> set R saepius. —<sup>5</sup> s add. dein del. R.

(1) « Beatrix » Dialogus, num. 14, p. 149; FUMI, *Processo*, p. 130.

-terat



PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

terat liberari sed <sup>1</sup> deterius se habebat, vovit eam beato Ambrosio, ut eam suis meritis liberaret, et ad sepulchrum beati viri accessit et meritis beati viri, voto facto, eadem <sup>2</sup> puella a predictis infirmitatibus plenissime <est> sanata. Interrogata quando fuit hoc, respondit: tempore migrationis beati viri, presentibus Verdemora sorore huius, domina Claratenuta eius convicina, et aliis pluribus. Interrogata quibus verbis usa fuit in voto, respondit quod dixit: « Ego voveo filiam meam Deo < et > beato Ambrosio, quod si eam a predictis infirmitatibus liberabit, ad suum sepulchrum <sup>3</sup> imaginem ceream deportabo. »

Domina Verdemora, soror carnalis Ricce predictae, testis iurata dixit quod, cum dicta sua soror haberet quamdam suam filiam nomine Iovannam XII annorum, duorum annorum spatio claudicantem <sup>4</sup> et dextro latere continue inclinatam, ita quod vix poterat se erigere ac levare, et occasione cuiusdam gutte que ipsam cottidie molestabat se iuvare non poterat nec recte ambulare, ac etiam haberet albuginem in oculo dextro, ita quod de ipso oculo penitus non videbat, immo dicte puellae videbatur oculus crepuisse, et variis medicamentis appositis non poterat liberari sed deterius se habebat, tandem mater puellae iam devovit eam beato Ambrosio viro Dei dicens: « Voveo Deo et tibi <sup>5</sup> filiam meam, quod si eam liberaveris a predictis infirmitatibus, ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo. » Interrogata de tempore quando hoc fuit, respondit: de mense aprilis, tempore migrationis viri Dei. Et hoc fuit ante domum Ricce predictae, ipsa teste, domina Claratenuta uxore Recoverantiae presentibus.

Claratenuta, uxor quondam Recoverantiae <sup>6</sup>, eiusdem regionis, testis iurata dixit quod iam sunt duo anni et plus quod vidit Iovannam filiam Ricce predictae claudicantem <sup>7</sup> et dextro <latere> continue inclinatam, ita quod vix se erigere poterat et se iuvare non poterat nec recte ullo modo ambulare, et taliter vidit eam in oculo patientem quod ea respiciente <sup>8</sup> dicte puellae videbatur oculus crepuisse. Unde mater vovit eam beato Ambrosio et ad sepulchrum eius accessit, et meritis beati viri predicta puella a predicta infirmitate in continenti libere est curata. Interrogata de tempore liberationis, respondit: tempore migrationis beati viri; et quibus presentibus quando votum fecit: ipsa teste, Verdemora sorore dicte Ricce et aliis pluribus. Interrogata quibus verbis usa est in voto, respondit quod dixit: « Ego filiam meam beato voveo Ambrosio, ut dignetur eam suis meritis liberare; quod si fecerit, ad suum sepulchrum imaginem ceream deportabo. »

Anus  
auditum  
a 14 annis  
amissum  
recuperat.

27. MIRACULUM. Domina Giugla, de regione Camuctii (1), iurata dixit suo iuramento quod cum impedita esset auditu, ita quod intellectum aliquem non haberet XIII annorum spatio iam

elapso, ad sepulchrum beati viri accessit et voto Deo emissio auditus beneficium et intellectus beati viri meritis recuperavit <sup>1</sup>, audiens in continenti fratres divina officia celebrantes. Interrogata quanti temporis sit ipsa, respondit: LXX annorum et plus. Interrogata quando recuperavit auditum, respondit: de mense maii, presentibus suis pluribus convicinis, et tunc dicit quod plena erat ecclesia ubi iacebat vir beatus. Interrogata quibus verbis usa est in voto, respondit quod dixit quod vocavit mercedem beato Ambrosio quod eam suis gloriosis meritis misericorditer liberaret, quod ad suum sepulchrum imaginem ceream deportaret.

Domina Sopercla soror <sup>2</sup> religiosa, regionis predictae, testis iurata dixit quod cum Giugla predicta ita surda esset quod nisi nutu aliquid intelligere non valebat magnis vicinorum clamoribus excitata, modo meritis beati viri, cuius sepulchrum ista teste vidente visitavit, auditum et intellectum recuperavit et modo audit bene. Interrogata quando fuit hoc, respondit: de mense maii, presentibus de quibus non recordatur. Interrogata quomodo sciret quod surda esset, respondit: quia erat eius convicina. Interrogata quibus verbis usa fuit in voto, respondit quod clamavit mercedem beato Ambrosio quod sibi redderet auditum, quod ad suum sepulchrum imaginem ceream deportaret.

Benedacta, filia dicte Giuglae, testis iurata dixit quod cum Giugla predicta sic audiendi et intelligendi officium amisisset, quod ab ipsa sua filia propinqua sibi assistenti magnis clamoribus excitata [quod] nec audire nec <sup>3</sup> intelligere poterat, nec aliquid respondebat nisi nutum faceret sibi semper; et meritis beati viri Ambrosii cuius sepulchrum visitavit, voto emissio filia cohortante, statim concupite <sup>4</sup> est reddita sanitati. Interrogata quanto tempore fuerat sic surda, respondit: tempore XIII annorum et plus; et quando auditum et intellectum recuperavit, respondit: de mense maii proxime preteriti; et quibus verbis usa est in voto, respondit quod invocavit auxilium beati viri quod sibi intellectum redderet et auditum, et ipsa ad suum sepulchrum imaginem promisit deportare. Interrogata quibus presentibus, respondit: omnibus suis convicinis; et dixit quod plena erat ecclesia tunc. Et nunc bene audit et intelligit.

28. MIRACULUM. Domina Diamante, uxor Clusii, de regione Sancti Fastini, iurata dixit quod, cum a duodecim annis iam elapsis morbo caduco pessime laborasset, ita quod quandoque in die novem vicibus vexabatur, ita quod cadens in igne se sentire non poterat ullo modo; unde vovit se beato Ambrosio, ut suis meritis ipsam dignaretur liberare, et ad sepulchrum accessit, et ad eius invocationem a predicta infirmitate plenissime est curata, ita quod post votum ille morbus eam non vexavit. Interrogata quando votum fecit, respondit: eo die quo bone memorie a seculo

Mulier  
a morbo  
caduco  
sanatur.

26. — <sup>1</sup> se R. — <sup>2</sup> idem R. — <sup>3</sup> ing add. dein del. R. — <sup>4</sup> corr., prius claudicantem R. — <sup>5</sup> (D. et t.) corr., prius t. et D. — <sup>6</sup> Recoverantiae R. — <sup>7</sup> bis script. — <sup>8</sup> respiente R.

27. — <sup>1</sup> corr., prius recuperaverit; auditum add. R. — <sup>2</sup> roror R. — <sup>3</sup> inl add. dein del. R. — <sup>4</sup> concupita R.

(1) « Gisle Devica Canutii » *Dialogus*, num. 40, p. 172.

migravit



in obitu  
Ambrosii.

migravit. Interrogata quibus presentibus quando votum fecit et in quo loco, respondit: ante domum suam, presentibus domina Ricca uxore Diomitidie, domina Amata uxore Diotallevi, eius convicinis et aliis pluribus. Interrogata quomodo vexabat eam dictus morbus, respondit: quolibet die vexabat eandem.

Domina Amata, uxor Diotallevi, de regione predicta, testis iurata dixit quod, cum dominam Diamantem morbo caduco viderit taliter laborantem, ita quod XII annorum spatio iam elapso predictam infirmitatem fuerat passa, et quandoque in die novem vicibus vexabatur et spumam mittebat per hos; unde vovit<sup>1</sup> se beato Ambrosio ut eam suis meritis liberaret. Et sic domina predicta Diamante ad sepulchrum beati viri accessit et beati viri meritis a predicta infirmitate eo die quo bone memorie a seculo migravit<sup>2</sup> plenissime est curata, ita quod ille morbus eam postmodum non vexavit quem ipsa cottidie patiebatur. Interrogata quando votum fecit, respondit: eo die quo migravit beatus Ambrosius, ante domum predictae Diamantis, presentibus ista teste, domina Ricca uxore Diomitidie<sup>3</sup> et aliis pluribus vicinis huius; et hec dixit se scire quia vidit et audivit et est eius convicina propinqua in una domo.

Domina Ricca, uxor Diomitidie<sup>4</sup>, de regione predicta, testis iurata dixit quod cum domina Diamante, eius commater predicta, morbo iniquo caduco pessime<sup>5</sup> laboraret, ita quod X annorum spatio iam elapso et plus predictam infirmitatem vidit eam<sup>6</sup> pati et quandoque in die VIII vicibus et plus eam vexabat, et multa fecisset remedia adhiberi et contra predictam infirmitatem nil sibi valerent, spumam per hos mittebat et linguam suam propriis dentibus corrodibat; unde eo die quo bone memorie beatus Ambrosius a seculo migravit, vovit se beato viro ut Deus per merita sancti Ambrosii ab illo morbo dignaretur <eam> liberare, et ad sepulchrum beati viri accessit, et eodem die meritis sancti Ambrosii plenissime est curata a predicta infirmitate, ita quod dictus morbus eam amplius non vexavit post votum factum. Interrogata in quo loco fecit votum, respondit: ante domum suam, presentibus suis pluribus convicinis.

Mulier  
ab ulcere  
sanatur.

29. MIRACULUM. Domina Iemma, uxor Rainaldi Floremantis, de regione Sancti Christofani, iurata dixit quod cum infirmitate maxima laboraret et haberet in pectore<sup>1</sup> apostema, et circa locum apostematis dolorem pateretur et febrem<sup>2</sup> acutam haberet et erat ita alienata mente quod aliquid vix poterat sentire, quam infirmitatem plus uno mense fuerat passa, ita quod omnes eam videntes de vita sua omnimode desperabant; unde vir eius coram ista vovit eam beato Ambrosio, ut Deus beati viri meritis liberaret eandem<sup>3</sup>, dicens quod si eam liberaret, imaginem ceream ad eius sepulchrum deportaret et unum fornellum calcine dabit pro eius ec-

clesia construenda. Voto autem facto, in continenti apostema crepuit et sanguinem per hos evomuit<sup>4</sup> et aliam putredinem multam, et in continenti a predicta infirmitate et febre<sup>5</sup> acuta est libere absoluta, ita quod de lecto surrexit, que prius se non poterat erigere nec levare. Interrogata de tempore voti et liberationis, respondit quod fuit de mense maii proxime preteriti<sup>6</sup>, <presentibus> Meldina<sup>7</sup> Ildribandine<sup>8</sup> et domina Iemma Gilii, que eam custodiebant. Et beati viri limina propriis pedibus sequenti die post votum visitavit, sentiens plenissime sanitatem.

Meldina Ildribandine, de regione predicta, testis iurata dixit quod cum dominam predictam viderit infirmitate graviter laborantem, ita quod videbatur laborare penitus in extremis et haberet apostema, et dolorem circa locum apostematis pateretur, ut medici dicebant, et haberet febrem acutam, ita quod eam videntes de vita sua omnimode desperabant; unde vir eius Rainaldus beato Ambrosio eam vovit humiliter et devote dicens <quod> si beatus eam liberaret, ad eius sepulchrum<sup>9</sup> imaginem ceream deportabit et unum fornellum calcine dabit pro eius ecclesia construenda. Et voto facto, in continenti<sup>10</sup> crepuit apostema et sanguinem per hos et aliam putredinem multam emisit et a predicta infirmitate statim est plenissime liberata, ita quod per se de lecto surrexit que prius se erigere non poterat nec levare. Et hoc dixit quod fuit de mense maii proxime preteriti in domo diete Iemma, de die tamen non recordatur, ista presente <et> domina Iemma Gilii que custodiebant eandem. Et dicit quod ante tertium diem imaginem ceream fecit et propriis pedibus ad sepulchrum beati viri accessit. Interrogata quanto tempore fuerat passa, respondit: uno mense.

Domina Iemma Gilii, de regione predicta, testis iurata dixit quod vidit dominam predictam infirmitate maxima laborantem, ita quod videbatur laborare penitus in extremis et haberet apostema in pectore et dolorem circa locum apostematis pateretur, ut dicebant medici, et haberet febrem acutam, ita quod eam videntes de vita sua omnimode desperabant; unde vir eius beato Ambrosio eam vovit humiliter et devote<sup>11</sup> dicens quod si beatus Ambrosius liberaret eam, ad eius sepulchrum imaginem ceream apportabit et unum fornellum calcine dabit pro eius ecclesia construenda. Et voto facto, in continenti crepuit apostema et per hos sanguinem emisit et aliam putredinem multam et a predicta infirmitate statim est plenissime liberata. Et de omnibus aliis dixit ut predicta Meldina.

Rainaldus Floremantis civis Urbevitanus, vir domine predictae, iuratus dixit idem quod dicta Meldina.

Ego Rainerius Guidonis notarius predictae omnia de mandato predictorum dominorum R. Urbevitanus et G. Suanensis episcoporum et

PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

28. —<sup>1</sup> vout R. —<sup>2</sup> (mem. - migr.) corr., prius a saec. migr. mem. R. —<sup>3</sup> diomitidieidi R. —<sup>4</sup> diomitidiede R. —<sup>5</sup> (c. p.) in ras. R. —<sup>6</sup> (v. e.) in ras. R.  
29. —<sup>1</sup> inspectore R et deinceps. —<sup>2</sup> febrem corr., prius irebim R. —<sup>3</sup> corr., prius aandem R.  
Novembris Tomus IV.

—<sup>4</sup> corr., prius euomuit R. —<sup>5</sup> febre R et deinceps. —<sup>6</sup> corr., prius preferiti R. —<sup>7</sup> corr., prius Mellina R. —<sup>8</sup> corr., prius Ildribandina R. —<sup>9</sup> m add. dein del. R. —<sup>10</sup> incontinenti R. —<sup>11</sup> quod add. dein del. R.



PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

C. prioris Sancti Iohannis de Platea et in ipsorum presentia scripsi et signavi sub annis Domini millesimo ducesimo quadagesimo, indictione teritiadecima, tempore domini Gregorii pape noni.

Signum dicti (L. S.) Rainerii notarii.

Puer  
herniosus  
curatur.

30. Die quartodecimo exeunte mense iulii. MIRACULUM. Sentius Oddonis (1), de regione Sancti Fustini, iuratus dixit quod cum haberet filium suum fractum in piga<sup>1</sup> et fecisset per plures medicos remedia adhiberi, nec super predicta fractura aliquid conferret<sup>2</sup> remedium adhibite medicine<sup>3</sup>, tandem vovit eum cum sua uxore beato Ambrosio ut eum dignaretur suis meritis liberare. Et ad eius invocationem, voto facto, cum fecerit in sero, in mane sequenti invenit puerum plenissime liberatum. Interrogatus quando fuit, respondit: de mense<sup>4</sup> iunii; et quanto fuerat passus, respondit: duobus mensibus et plus. Interrogatus quibus presentibus quando fecit votum, respondit: suis pluribus convicinis; et dixit quod duxerat medicum quod incidere ei et fecerat conventionem IIII li. cum medico et retinuerat eum tribus diebus, sed pro pietate et dolore pueri non fecerat eum tangi, in tantum timebat de morte sua. Interrogatus si deportabat ligamina, respondit: sic; et si modo portat, respondit: non.

B

Domina Tedora, uxor Sentii, mater pueri, iurata dixit quod cum eius filius fractus esset in piga et fecisset per medicos Urbevetanos et alios plura remedia adhiberi, et super hiis non profuissent sed obfuissent adhibite medicine, voto facto, meritis beati viri plenissime est sanatus. Interrogata quando fuit, respondit: de mense iunii. Interrogata quanto tempore prius fuerat passus, respondit: duobus mensibus; et quibus presentibus, respondit: pluribus suis convicinis; et dicit quod cum deberet incidi in sero, vovit eum tunc, et in mane sequenti invenit eum plenissime liberatum, dicens quod si beatus Ambrosius eum liberaret, quod ad eius sepulchrum deportaret imaginem cere.

C

Ventura Acci, de regione Sancti Fustini, testis iurata dixit quod cum filius Sensii pateretur in piga et fractus esset, et multa pater et mater fecissent per medicos remedia adhiberi et non esset spes aliqua sanitatis, demum consilium habuerunt ut membrum pueri deberet incidi; et <cum> super hoc moverentur parentes plurima pietate, pater et mater voverunt eum beato Ambrosio ut eum liberaret. Et voto facto, meritis beati viri plenissime est sanatus. Interrogata quando liberatus est, respondit: de mense iunii. Interrogata si interfuit quando votum fecerunt, respondit: sic, quodam sero quando propositum erat quod deberet incidi; et in mane sequenti inventus est plenissime liberatus. Interrogata quibus verbis<sup>5</sup> usi sunt in voto, respondit quod vocaverunt mercedem beato Ambrosio quod ei redderet sanitatem, quod ad eius sepulchrum

imaginem ceream deportarent. Interrogata quibus presentibus, respondit: multis.

Domina Bemmegnate, uxor Dominici, de regione Sancti Fustini, iurata dixit quod cum filius Tedore predictae in piga fractus esset, et fecisset per medicos Urbevetanos et alios plura remedia adhiberi, et super hiis non profuissent sed obfuissent adhibite medicine, voto facto, meritis beati viri plenissime est sanatus. Interrogata de tempore quando fuit, respondit: de mense iunii. Interrogata quanto tempore prius fuerat passus, respondit: duobus mensibus; et quibus presentibus, respondit: suis pluribus convicinis dicte Tedore et huius. Interrogata si interfuit voto, respondit: sic. Interrogata quibus verbis usi sunt<sup>6</sup> in voto, respondit quod vocaverunt mercedem beato Ambrosio, quod eum suis meritis liberaret; quod si faceret, ad eius sepulchrum imaginem ceream deportarent.

31. MIRACULUM. Domina Margarita, filia Citadini Roccli, de regione Sancti<sup>1</sup> Matthei, testis iurata dixit quod cum filius domine Allegrecte (2) in pectine<sup>2</sup> esset fractus nec medicorum subfragio tradere vellet ipsum propter nimiam aeris<sup>3</sup> intemperiem<sup>4</sup>, tandem tam testis quam mater pueri ad beati viri tumulum duxerunt puerum taliter infirmantem et ipsum beato Ambrosio devoverunt ut ipsum dignaretur suis meritis liberare, mater dicendo quod si suum filium liberaret, quod ante suum sepulchrum imaginem ceream faceret. Ad cuius invocationem ibidem ante sepulchrum meritis beati viri plenissime est curatus, ita quod ad domum sanus rediens<sup>5</sup> [et] ligamenta que primo habuerat ex toto proiecit sentiens omnimode sanitatem. Interrogata de tempore quando fecerunt, respondit: de mense iulii. Interrogata quibus presentibus, respondit: ipsa teste, matre pueri, domina Ricca uxore Gratiani, et aliis pluribus. Interrogata quanto tempore fuerat passus, respondit: tribus mensibus et plus vidit eum pati.

Alius ante  
sepulchrum  
Ambrosii  
delatus  
persanatur.

Domina Ricca, uxor Gratiani de Abbatia, eiusdem regionis, testis iurata dixit quod cum vidisset filium domine Allegrecte predictum in pectine fractum et inflatum in pectine et vesica<sup>6</sup>, nec medicorum subfragio tradere vellet mater propter nimiam aeris intemperiem, ista teste vidente, tam mater pueri<sup>7</sup> quam domina Margarita predicta puerum taliter infirmantem ad beati viri tumulum deportarunt et ipsum beato Ambrosio devoverunt ut eum suis meritis liberaret, dicens mater quod si eum suis meritis liberaret, quod ante sepulchrum suum imaginem ceream faceret et ad eius servitium permaneret toto tempore vite sue. Quo voto facto, ista teste presente, vidente et audiente, puer fuit plenissime liberatus ibidem ante sepulchrum viri Dei, ita quod ad domum propriam sanus et incolumis est reversus et ligamenta<sup>8</sup> que prius habuerat ex toto proiecit sentiens omnimode<sup>9</sup> sanitatem. Interrogata de tempore quando fuit, respondit:

F

30. —<sup>1</sup> impiga R et deinceps. —<sup>2</sup> conferret R. —<sup>3</sup> medine R. —<sup>4</sup> mail add. dein del. R. —<sup>5</sup> presentibus R. —<sup>6</sup> (u. s.) sunt usu ante corr. R. 31. —<sup>1</sup> sancto R. —<sup>2</sup> impectine R et deinceps.

—<sup>3</sup> aieris R et infra. —<sup>4</sup> intemperiam R hic et infra. —<sup>5</sup> reddens R. —<sup>6</sup> visca R et deinceps. —<sup>7</sup> puer R. —<sup>8</sup> ligamento R. —<sup>9</sup> omnimodem R.

(1) « Cinchius Odonis » *Dialogus*, num. 24, p. 161, — (2) « Letitia » *Dialogus*, num. 25, p. 162.

de



A de mense iulii, presentibus ipsa teste, domina Margarita predicta, matre pueri et alii pluribus. Interrogata quanto tempore viderat eum prius passum, respondit se non recordari.

Petrus Diotaiuti, eiusdem regionis, testis iuratus dixit quod cum filius domine Allegrecte predictae, eius discipulus, in pectine esset fractus, ipse videns eum rogavit beatum Ambrosium ut eum liberaret suis meritis gloriosis; et hoc fuit de mense iulii, de die non recordatur; et ad sepulchrum beati Ambrosii portatus, meritis eiusdem viri sanus et incolumis ad domum est reversus; quem vidit, eo die in quo portatus sic infirmus fuit, plenissime liberatum, ita quod ligamenta que prius portaverat ex toto proiecit sentiens omnimode sanitatem.

Domina Allegrecta predicta iurata dixit quod cum haberet quemdam suum filium nomine Andriocum qui fractus erat in pectine et inflatus in pectine et vesica<sup>10</sup>, ita quod multum orribile videbatur, nec medicorum subfragio tradere vellet ipsum per nimiam aeris intemperiem, tandem tam ipsa quam domina Margarita predicta — et domina Ricca predicta adsociavit eandem, — dictum suum filium taliter infirmantem ad beati Ambrosii tumulum deportarunt, et voto emisso, ibidem ante sepulchrum meritis beati viri plenissime est sanatus, ita quod ad domum propriam sanus et incolumis est reversus.

Pecorarius  
ab  
enterocele  
sanatus

32. MIRACULUM. Palmerius pecorarius, de regione Sancti Laurentii, iuratus dixit quod cum occasione cuiusdam ponderis quod levaverat, ruptus<sup>1</sup> atque fractus fuisset in pectine, ita quod intestina descenderant in pigam, quod sibi grave plurimum erat ferre, et medicus dicebat ei quod si maiora intestina descenderent non posset ulterius liberari; unde vovit se Deo et beato Ambrosio ut Deus per merita sancti Ambrosii liberaret eundem. Ad cuius votum in continenti est plenissime liberatus. Item dixit quod cum fratres dixissent<sup>2</sup> ei ut certo die veniret perhibiturus<sup>3</sup> testimonium veritati de miraculo supradicto, quod non fecit nec venit in termino sibi dato, dicta infirmitas gravius recidavit quam prius. Unde iterum se vovit beato Ambrosio dicens: « Sancte Ambrosi, libera me a tam pessimo dolore quem patior, et ego veniam perhibiturus<sup>3</sup> testimonium veritati. » Ad cuius votum est statim liberatus et intestina ad suum locum sunt reversa. Interrogatus quanto tempore habuerat dictam infirmitatem, respondit: tempore VIII annorum et plus. Interrogatus quando fecit votum, respondit: de mense maii, tempore migrationis sancti Ambrosii; et quibus presentibus, respondit: Massaria eius uxore, scilicet<sup>4</sup> in domo sua; et si portabat<sup>5</sup> lentiam antequam votum fecisset, respondit: sic; et si modo portat, respondit: non, immo liberatus est sanus est quemadmodum aliquo tempore fuit.

Domina Massaria, uxor Palmerii predicti, iurata dixit quod cum eius vir fractus esset in pectine, ita quod interiora descenderant in pi-

gam et dicebat medicus quod si maiora intestina descenderent ulterius liberari non posset, et propter hoc pluries suspensus fuisset per pedes ut intestina ad suum locum redirent<sup>6</sup>, et multa alia fecisset que nil sibi valerent contra infirmitatem predictam, vovit se sancto Ambrosio ut eum suis meritis liberaret, et deportaret imaginem cere ad sepulchrum eius. Voto facto, a predicta infirmitate statim est plenissime liberatus. Item dicit quod cum nollet perhibere<sup>7</sup> testimonium veritati de miraculo predicto, dicta infirmitas gravius recidavit quam prius. Unde iterum se vovit beato Ambrosio, dicens quod si eum liberaret, quod iuraret dicere veritatem. Et voto facto, statim est liberatus. Interrogata quanto tempore habuerat dictam infirmitatem, respondit: tempore VIII annorum et plus; et quando fecit votum, respondit: de mense maii proxime preteriti, in domo sua.

33. MIRACULUM. Domina Pineria, uxor Borge cartarii, iurata dixit quod cum in capite graviter pateretur maximo dolore et morbo periculoso, ita quod vix poterat comedere<sup>1</sup> et male iacere poterat et vix dormire, et propter maximam infirmitatem fecit sibi fieri<sup>2</sup> incisuram in capite usque ad coctiam capitis cum rasorio, et post incisuram fecit sibi cocturam (1) <ferro> candenti ibidem; et cum talia medicamenta et multa alia que fecerat et fieri fecerat nil sibi valerent, fecit sibi quandam imaginem cere et accessit ad sepulchrum sancti Ambrosii quodam sero et illa nocte ante sepulchrum vigilavit et dixit quod ter tremuit sepulchrum, et vigilabat et orabat dicens: « Sancte Ambrosi, iuva me. » Ad cuius invocationem ea nocte est plenissime liberata. Interrogata si continue patiebatur dictam infirmitatem, respondit quod sic. Interrogata quanto tempore habuerat illam infirmitatem, respondit: per annum et plus; et quando liberata est, respondit: de mense aprilis, tempore migrationis sancti Ambrosii; et quomodo staret, respondit quod in continenti fuit liberata illa nocte. Interrogata quibus presentibus, respondit quod erat plena ecclesia. Interrogata quibus verbis usa fuit in voto, respondit quod vocavit mercedem beato Ambrosio, quod eam suis meritis liberaret.

Borgese cartarius, vir dicte domine Pinerie, testis iuratus dixit quod cum uxor eius graviter in capite pateretur et maximo dolore et periculoso<sup>3</sup> in capite laboraret, ita quod vix poterat comedere, iacere et dormire male, ita dicit iste<sup>4</sup> quod quinque hebdomadis propter infirmitatem predictae sue uxoris iacuit vestitus, quod lectum non intravit pro ea, et <cum> multa fecisset a medicis remedia adhiberi et nil valerent dicta remedia contra infirmitatem predictam, ad ultimum habuit consilium cuiusdam medici qui caput ei incisit cum rasorio usque ad coctiam capitis, et cocturam fecit ferro candenti ibidem. Unde cum talia medicamenta et alia plura que fecerat sibi aliquid non valerent contra infirmitatem

PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

Pineria  
ab immedi-  
cabili  
capitis  
dolore,

incassum  
adhibitis  
ferro  
et igne,

ante  
sepulchrum  
Ambrosii  
pernoctans  
levatur.

cum mira-  
culum  
reticuisset  
morbo  
rursus  
corripitur.

et iterato  
voto  
sanatur.

F

<sup>10</sup> vissica R.

32. —<sup>1</sup> ructis R. —<sup>2</sup> dississent R. —<sup>3</sup> peribiturus R. —<sup>4</sup> silicet R. —<sup>5</sup> portat R. —<sup>6</sup> red-

dirent R. —<sup>7</sup> peribere R.

33. —<sup>1</sup> comedere R. —<sup>2</sup> feri R. —<sup>3</sup> piculoso R. —<sup>4</sup> ste R.

(1) \* Cauterium » DUCANGE, I. V.

predictam,



PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

predictam, fecit sibi fieri quandam imaginem cere, et quodam<sup>5</sup> sero accessit ad sepulchrum sancti Ambrosii et vigilavit ante sepulchrum illa nocte, et cum accessit vocavit mercedem sancto Ambrosio ut eam liberaret. Et sicut ipsa sua uxor sibi retulit, sepulchrum tremuit illa nocte ter, et in mane est reversa domum optime liberata, ita quod non videbantur in capite nisi signa. Interrogatus quanto tempore habuerat dictam infirmitatem<sup>6</sup>, respondit: per annum et plus quod continue habuerat illam infirmitatem. Interrogatus quando liberata est, respondit: de mense aprilis, tempore migrationis sancti Ambrosii; et quibus presentibus quando accessit et mercedem beato Ambrosio <vocavit> quod eam liberaret: ipso teste, domina Iemma<sup>7</sup> uxore Davançati.

Domina Iemma, uxor Davançati florentini, testis iurata dixit quod vidit dominam Pineriam predictam in capite infirmitate maxima laborantem, ita quod vix poterat iacere, et multa fecisset a medicis adhiberi remedia et nil sibi valerent contra infirmitatem predictam, ad ultimum habuit consilium cuiusdam medici, qui caput incisit eidem usque ad coctiam capitis cum rasio et cocturam fecit ferro candenti ibidem; unde cum<sup>8</sup> talia medicamenta nil sibi valerent contra predictam infirmitatem, fecit sibi fieri quandam imaginem cere et quodam sero accessit ad sepulchrum sancti Ambrosii et ante sepulchrum stetit tota nocte, et cum accessit vocavit mercedem sancto Ambrosio ut eam liberaret. Et in mane est reversa domum plenissime liberata, ita quod in capite non videbantur nisi signa. Interrogata quanto tempore fuerat sic infirma, respondit: tempore unius anni et plus; et quando liberata est, respondit: de mense aprilis, tempore migrationis beati viri et eius meritis gloriosis.

Iohannes  
filius  
morti  
propin-  
quum

34. MIRACULUM. Ianni Ranuctii Çentii civis Urbevitanus iuratus dixit quod cum fidem non adhiberet de iis que de beato Ambrosio ab aliis audiebat, tandem filius filii est gravissime infirmatus et cum eum mortip ropinquum cum hominibus et mulieribus custodiret, predictus Ianni in lecto iacens vidit in visione puerum predictum in ecclesia sancti Ambrosii permanere, et cum videretur sibi quod puer expavescendo fugeret et timeret, ipse vocans eum suo subsidio tuebatur. Et sic die facto eundem puerum taliter infirmitatem ad beati viri merita destinavit, dicens uxori sue et matri pueri ut eum beato Ambrosio devoverent, quatenus sanitatem iam amissam eidem puero redderet suis meritis gloriosis. Et sic dicte<sup>1</sup> domine fecerunt in continenti hoc audito ab eo. Ad cuius invocationem ita puer extitit liberatus, quod ad domum propriam sanus et incolumis est portatus. Interrogatus de tempore quando fuit, respondit: de mense iunii proxime preteriti, de die non recordatur; et dicit quod ante sem-

ad  
Ambrosii  
sepulchrum  
mittit

et  
incolumem  
recipit.

per uxor<sup>2</sup> sua cum aliis custodiebant puerum D cum candelis<sup>3</sup> ante eum apprehensis (1) pro eius obitu quem sperabant; quod viii diebus assidue puer steterat sic infirmus.

Domina Bona, uxor Çentii Ianni Ranuctii, iurata dixit quod cum filius eius infirmitate gravissima laboraret, quod in extremis laborare videbatur et de ipsius vita omnimode desperabat, ita quod mammam non sugens nec cibum etiam capere non valebat, sed<sup>4</sup> semper cum candelis ante eum apprehensis morabatur pro eius obitu quem sperabat; et quodam mane ad beati viri tumulum predictum puerum taliter infirmitatem cum imagine cere deportavit, rogans Deum et beatum Ambrosium ut ipse suis meritis eum liberaret. Et voto facto, beati viri meritis in continenti puer extitit liberatus, ita quod cepit sugere et cibum capere iam amissum<sup>5</sup>, et sic beati viri meritis in continenti recuperavit pristinam sanitatem. Interrogata de tempore, respondit: de mense iunii; et quibus presentibus, respondit: domina Adelascia uxore Ianni predicti, que ivit cum ea ad visitandum sepulchrum viri Dei. Interrogata quibus verbis usa fuit in voto, respondit quod dixit: « Beate Ambrosi, tibi voco mercedem ut filium meum digneris reddere sanum michi »; dicens quod dictus Ianni precepit eidem et uxori sue ut eundem puerum ad sanctum Ambrosium deportarent et ut ipsum beato Ambrosio devoverent ut eidem redderet sanitatem; quam infirmitatem fuerat sic passus viii dierum spatio iam elapso.

Domina Adelascia, uxor Ianni predicti, testis iurata dixit quod cum filius Çentii filii sui<sup>6</sup> infirmitate gravissima laboraret, ita quod de ipsius<sup>7</sup> vita omnimode<sup>8</sup> desperabat, ita quod mammam non sugens nec etiam cibum capere<sup>9</sup> valebat sed semper custodiebatur cum candelis pro eius obitu, quem sperabant; tandem mater pueri quodam mane, ut ei<sup>10</sup> iniunctum fuit a Ianne, ad sepulchrum sancti Ambrosii deportavit et imaginem ceream ante sepulchrum posuit, impresenti rogans Deum et beatum Ambrosium ut eidem suo filio redderet sanitatem, quem ante sepulchrum deportaverat sic infirmum. Et voto facto, in continenti meritis beati viri extitit liberatus et ad domum propriam sanus et incolumis est portatus, ita quod comedens et bibens recepit pristinam sanitatem. Et hoc dicit se scire quia vidit predicta et audivit. Et hoc dicit quod fuit de mense iunii proxime preteriti.

35. MIRACULUM. Domina Agnese<sup>1</sup>, uxor Caccavolpe, de regione Sarancii<sup>2</sup>, iurata dixit quod cum in<sup>3</sup> mammilla graviter pateretur, ita quod medici eandem suo subfragio non curarent, a quibus dicebatur quod non posset liberari, vovit se beato Ambrosio, ut sibi mammillam quasi perditam reddere dignaretur, dicens quod si eam liberaret, ad suum servitium permaneret toto tempore vite sue. Et votum cere faciens, ad

Mulier  
ab uberum  
ulcere

<sup>5</sup> corr., prius quoddam R. — <sup>6</sup> infirmitate R. — <sup>7</sup> à add. dein del. R. — <sup>8</sup> corr., prius non R.

34. — <sup>1</sup> s add. dein del. R. — <sup>2</sup> ussor R. — <sup>3</sup> cadellis R et deinceps. — <sup>4</sup> set R. — <sup>5</sup> admissum R. — <sup>6</sup> (f. s.) corr., prius s. f. — <sup>7</sup> ipsi R. —

<sup>8</sup> corr., prius omnimodem R. — <sup>9</sup> non add. R. — <sup>10</sup> corr., prius eius R.

35. — <sup>1</sup> Angese R saepius. — <sup>2</sup> Saranci R. — <sup>3</sup> im R.

(1) Intellege « accensis »; cf. infra, num. 40, pp. 590, 591.



sexto die  
post  
obitum  
Ambrosii  
sanitati  
reduitur.

A sepulchrum ipsius accedere procuravit. Ad cuius invocationem, meritis beati viri ante tertium diem duo foramina que fecerat egritudo fuerunt desiccata et extitit plenissime liberata. Interrogata quanto tempore fuerat passa illam infirmitatem, r. spondit: tribus mensibus; et quando votum fecit, respondit: vi die post migrationem bone memorie beati viri. Interrogata quibus presentibus, respondit: domina Çentina uxore domini Guidonis Porcarii iudicis, domina Sibilina Iohannis eius cognata et aliis pluribus.

Domina Çentina, uxor Guidonis Porcarii iudicis, testis iurata dixit quod cum vidisset dominam Agnesem predictam in mammilla infirmitate graviter torqueri, ita quod non posset medicorum subfragio liberari sed potius videbatur marcida et amissa, ita quod duo foramina fecerat egritudo, et ipsa testis propriis manibus mammillam medicamentis apponens videbat taliter infirmantem. Tandem<sup>4</sup> ipsa domina Agnese vovit se beato Ambrosio, ipsa audiente; et cum eadem ad sepulchrum beati viri accedens, ita ista testis manibus propriis votum cere fecerat, ad eiusdem invocationem extitit liberata, ita quod duo foramina ceperunt statim desicari, et ante tertium diem post votum factum est plenissime liberata. Et hoc fuit de mense aprilis, tempore migrationis beati viri, presentibus domina Sibilina Iohannis cognata dicte domine Agnesis<sup>5</sup>, quando votum fecit; que<sup>6</sup> fuerat passa tribus mensibus iam elapsis.

Domina Sibilina Iohannis Nobilis, cognata dicte domine Agnesis, testis iurata dixit quod cum vidisset dominam Agnesem<sup>7</sup> predictam in mammilla graviter torqueri, ita quod non posset medicorum subfragio liberari sed potius videbatur marcida et amissa, ita quod duo foramina fecerat egritudo, et ipsa testis propriis manibus medicamenta apponens mammillam videbat taliter infirmantem, et tribus mensibus vidit eam sic passam. Tandem<sup>8</sup> dicta domina Agnese<sup>9</sup> beato Ambrosio se devovit, ut eam dignaretur suis meritis liberare, dicens quod si eam liberaret, quod deportaret ad eius sepulchrum imaginem cere, et ad eius servitium permaneret toto tempore vite sue. Et votum cere faciens, ad sepulchrum ipsius accedere procuravit; et domina Çentina propriis manibus suis imaginem fecit. Ad cuius invocationem ita cepit viriliter liberari, quod ante tertium diem duo foramina que fecerat egritudo fuerunt desiccata et mammilla plenissime est curata. Interrogata de tempore, respondit: de tempore migrationis beati Ambrosii viri Dei, presentibus domina Çentina predicta, ipsa teste et aliis plurimis.

Clara  
matrona ab  
apostemate  
in capite et  
in collo,

36. MIRACULUM. Domina Clara, uxor domini Isforterre Benci<sup>1</sup> (1), iurata dixit quod cum viii diebus infirmitatem gravem in capite pateretur, quod apostema esse sibi ab aliis dicebatur, quod caput et collum habebat orribiliter tumefactum, ita quod iacere non posset nec caput in lecto

tenere, et multa fecisset per medicos adhiberi remedia et nil sibi valerent contra infirmitatem eandem; tandem beato Ambrosio se devovit ut eam suis meritis liberaret, quod si eam liberaret dicens quod ad suum sepulchrum imaginem ceream deportaret et bonum faceret eius amore. Quo voto facto, in continenti emplastrum<sup>2</sup> elevans<sup>3</sup> quod habebat, invenit infirmitatem eradicatam; et ita beati viri meritis ante tertium diem omnimode est sanata. Interrogata de tempore, respondit: de mense maii; et quibus presentibus quando votum fecit, respondit: domina Odolina eius nuru in domo sua, et aliis pluribus.

Domina Odolina domini Ildribanductii Forçattere testis iurata dixit quod cum domina Clara eius socrus infirmitatem gravem in capite pateretur, quod apostema<sup>4</sup> ab omnibus dicebatur, quod iacere non poterat nec caput<sup>5</sup> in lecto tenere, quam egritudinem viii diebus fuerat passa, nec posset medicorum subfragio liberari, tandem beato Ambrosio se devovit, ipsa audiente et ad hoc compellente. Et<sup>6</sup> voto facto, beati viri meritis plenissime est curata a predicta infirmitate.

Ego Rainerius Guidonis notarius predicta omnia de mandato predictorum dominorum R. Urbevetai et G. Suanensis episcoporum et C. prioris Sancti Iohannis de Platea et in ipsorum presentia scripsi et signavi sub annis Domini millesimo ducentesimo quadagesimo, indictione tertiadecima, tempore domini Gregorii pape noni. Signum dicti (L. S.) Rainerii<sup>7</sup> notarii.

37. Die xii intrante mense iunii.

MIRACULUM. Tornabene carnifex civis Urbevetai iuratus dixit quod cum a quatuor annis retro tanto dolore sui corporis gravaretur et haberet vitium quod vocatur cardiacum, quod tempore supradicto nichil potuit operari sed diu in lecto iacens non poterat se suo subsidio relevare nec domum exire, ita fortiter ab infirmitate pessima erat captus; unde cum in lecto iaceret sic infirmus, ita quod tam medici de vita ipsius quam alii ad eum venientes penitus desperassent, tandem quidam qui Çeco vocatur, olim de Camerino, dixit ei quod se beato Ambrosio devoveret. Qui ad instantiam ipsius<sup>1</sup> beato Ambrosio se devovit dicens: « Beate Ambrosi, tibi voveo ut tuis meritis gloriosis me digneris misericorditer liberare; quod si feceris, ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo et de meo dabo tuo amore. » Et voto facto et expleto, in continenti de lecto surrexit et a predicta infirmitate<sup>2</sup> beati viri meritis statim est plenissime liberatus. Et dixit quod iam sunt xii anni quod vitio asmatis laboraverat et meritis beati viri est statim liberatus, ita quod a predictis infirmitatibus nunquam est postea perpassus aliquam lesionem<sup>3</sup>. Interrogatus quando hoc fuit, respondit: de mense iunii, presente ipso Çeco.

Çeco, olim de Camerino, iuratus dixit quod iam sunt xiii anni et plus quod ipse vidit Tornabenem

Tornabene  
carnifex  
a morbo  
cardiaco,

<sup>4</sup> tandem R. — <sup>5</sup> Angese R. — <sup>6</sup> quam R. — <sup>7</sup> nota add. Angnesem R. — <sup>8</sup> tamen R. — <sup>9</sup> Angnese R.  
36. — <sup>1</sup> an legendum Benci? — <sup>2</sup> implastrum R et deinceps. — <sup>3</sup> elevans R. — <sup>4</sup> apostema R. — <sup>5</sup> capud R. — <sup>6</sup> bis script. R. — <sup>7</sup> nota add. dein del. R.  
37. — <sup>1</sup> se add. dein del. R. — <sup>2</sup> infirmitatem R. — <sup>3</sup> lisionem R.

(1) « Sforzattera Benci » FUMI, *Processo*, p. 132.

predictum



PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

predictum eius convicium infirmitate maxima laborantem et habentem vitium quod vocatur cardiacum, ut a medicis audiebat, ita quod diu in lecto iacens non poterat suam inopiam relevare. Unde cum ipse sic infirmus in lecto iaceret et per multa tempora iacisset, quod se non levaverat, tandem ad instantiam istius testis ipse Tornabene beato Ambrosio se devovit et vix poterat ipse loqui dicens: « Beate Ambrosi, tibi voveo me, ut digneris misericorditer liberare, quod ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo. » Qui testis dixit <sup>4</sup> quod voto facto, antequam iste testis se moveret, per se de lecto surrexit et a predicta infirmitate est liberatus beati viri meritis, ita quod nunquam a predicta infirmitate perpressus est postea aliquam lesionem, immo <sup>5</sup> cottidie operatur viriliter facta sua. Et hoc dicit quod fuit de mense iunii proxime preteriti, in domo dicti Tornabene.

Gregorius  
Pineriae  
a cruris  
contractione  
et  
apostemate  
sanantur.

**38. MIRACULUM.** Gregorius Pinerie, de Civitella (1) Urbevetane diocesis, iuratus dixit quod cum haberet crus contractum et infirmitate apostematis laboraret, ita quod tempore duorum annorum non potuit per se de lecto levare, tandem beato Ambrosio se devovit ut ipse suis meritis gloriosis a predicta infirmitate misericorditer liberaret <sup>1</sup>; quod si faceret, ad domum suam imaginem ceream deportaret. Ad cuius invocationem a contractione et apostematis dolore statim est plenissime liberatus. Interrogatus quando fuit, respondit: de mense aprilis. Interrogatus quibus presentibus, respondit: domina Pineria matre sua, domina Ianella eius cognata, Guidone Petri Carabone et aliis pluribus. Et cum predictis personis per se sanus et incolumis, de dicto mense aprilis, cum imagine cerea beati viri limina visitavit.

Guido <sup>2</sup> Petri Carabone, eiusdem castri, testis iuratus dixit quod cum vidisset Gregorium predictum diu in lecto iacentem infirmitate gravissima defentum, dicens eum esse contractum et infirmitate apostematis laborare, ita quod de lecto erigere <sup>3</sup> se non poterat nec levare nisi aliorum adiutorio subfultus, dicens etiam quod predictus Gregorius se beato Ambrosio vovit, et hic audivit, et beati viri meritis vidit eum, illo die in quo votum fecit, plenissime liberatum. Et predictus Gregorius cum Guidone predicto et matre sua propriis pedibus beati viri limina visitavit.

Domina Pineria, mater dicti Gregorii, testis iurata dixit quod cum Gregorius predictus tempore duorum annorum habuerit crus contractum, quod de lecto per se erigere non poterat nec <sup>4</sup> levare nisi ab alio iuvaretur, et infirmitate apostematis laboraret, tandem ipse beato Ambrosio se devovit dicens: « Beate Ambrosi, tibi voveo me ut tuis meritis gloriosis me digneris misericorditer liberare, quod ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo, si me liberaveris ab infirmi-

<sup>4</sup> duxit R. — <sup>5</sup> inno R.

**38.** — <sup>1</sup> libaret R. — <sup>2</sup> in rasura R. — <sup>3</sup> erige R. — <sup>4</sup> ne add. dein del. R.

**39.** — <sup>1</sup> reddere R. — <sup>2</sup> dississe R.

(1) Forsan castrum Civitelle Agliani (mand. di Bagnorea, prov. di Roma), PARDI, op. c., pp. 289, 307; vel Villa di Civitella (hodie Civitella de' Pazzi, com. di Baschi, mand. di Todi), PAR-

tate predicta. » Et voto facto, beati viri meritis D a predicta infirmitate plenissime est curatus, ita quod nunquam perpressus est postea aliquam lesionem. Interrogata de tempore quando hoc fuit, respondit: de mense aprilis proxime preteriti; et dicit quod de eodem mense suis pedibus idem Gregorius beati viri limina visitavit.

**39. MIRACULUM.** Domina Giugla, uxor domini Franki Canponis (2), de regione Sanctorum Apostolorum, iurata dixit quod cum de hiis que de beato Ambrosio ab aliis audiebat fidem aliquam non haberet et derideret miracula viri Dei, tandem cum reversa fuit domum ita amisit visum quod aliquid videre non poterat ullo modo. Unde incepit clamare auxilium viri Dei dicendo: « Sancte Ambrosi, redde <sup>1</sup> michi visum meum ut videre valeam sicut prius, quia male dixi, peniteo me dixisse <sup>2</sup>, et reddam testimonium de miraculo supradicto. » Ad cuius invocationem statim rehabuit pristinam sanitatem. Interrogata quando fuit, respondit: de mense maii proxime preteriti.

**40. MIRACULUM.** Domina Godevile, uxor Petri de Sancta Cruce de Rasi (3), que nunc habitat in regione Sancti Egidii, iurata dixit quod cum haberet filium suum nomine Angelum habentem <sup>1</sup> quatuor annos, et dimisisset eum domi sanum et ivisset ad rivum causa abluendi pannos sue domus, reversa est postmodum et invenit filium suum amisisse visum, auditum et loquelam et torquebat omnia membra tamquam homo vexatus et tota nigredo oculorum conversa erat in album oculorum. Interrogata quantum sic steterat, respondit: ab ora none usque ad horam matutini noctis sequentis. Et sic dicit quod vovit eum beato Ambrosio et deportavit eum ad sepulchrum eius et posuit eum super sepulchrum et cum staret in nocte prope sepulchrum eius in ora matutinali cum suo filio, vocando mercedem sancto Ambrosio ut eum liberaret, ad cuius invocationem puer in continenti vidit, locutus fuit et audivit. Interrogata quomodo sciret quod non videret, respondit quod ponebat candelam adprehensam ad palpebram <sup>2</sup> oculorum eius et nil videbat. Interrogata quibus presentibus, respondit: domina Bemmenuta Martini, domina Giugla Accorinboni et aliis pluribus.

Domina Giugla Accorinboni, eiusdem regionis testis, iurata dixit quod cum domina Godevile dimisisset filium suum domi et ivisset ad rivum <sup>3</sup> causa abluendi pannos sue domus, et cum puer dormivisset in meridie, ita gravis infirmitas <sup>4</sup> incurrit in eum quod excitatus a somno visum amisit et torquebat visum et omnia membra quasi homo vexatus. Unde mater postmodum est reversa, vidit filium suum ita gravem infirmitatem habere, incepit plorare et dilaniare <sup>5</sup> se totam, cum sanum dimisisset eundem, et vovit eum beato et ad sepulchrum eius deportavit et ibi iacuit tota nocte; et in mane sequenti

**40.** — <sup>1</sup> corr., prius habentes R. — <sup>2</sup> palpebram R et infra. — <sup>3</sup> ruum R. — <sup>4</sup> gravem infirmitatem R et infra. — <sup>5</sup> corr., prius dilaniare R

DI, op. c., pp. 289, 293. — (2) « Guigla uxor Franculi » *Dialogus*, num. 45, p. 177; « Guigla del Sign. Francesco Zampone » FUMI, *Processo*, p. 130. — (3) « Renzi » FUMI, *Processo*, p. 130.

Mulier  
cum beati  
miracula  
derideret,  
oculis  
capta,

facti  
poenitens

visum  
recuperat.

Puer visu,  
auditum et  
loquela  
interclusus

in  
sepulcro  
Ambrosii  
pernoctans

sanitati  
restituitur.

F



A puer meritis beati viri extitit plenissime liberatus. Et hoc dicit quod fuit de mense maii proxime preteriti.

Domina Belmani, uxor Nicole, predictae regionis, testis iurata dixit quod cum domina Godeville predicta haberet quemdam suum filium quatuor annorum, et quodam <die> ivisset ad rivum causa abluendi pannos sue domus et dimisisset puerum suum sanum, et cum puer dormivisset in meridie, incurrit in eum ita gravis infirmitas quod excitatus a somno penitus non videbat et torquebat se quasi homo vexatus. Interrogata quomodo scit quod non videret, respondit quod demonstrabat <sup>6</sup> sibi rosam et alia et non videbat et candelam adprehensam. Unde mater postmodum est reversa et cum cognovisset filium suum ita gravem infirmitatem habere, incepit se dilaniare totam et vovit eum beato Ambrosio et <sup>7</sup> deportavit ipsum ad sepulchrum eius et ibi iacuit tota nocte; et meritis beati viri in mane sequenti puer extitit plenissime liberatus.

B Et hoc dicit se vidisse et audivisse et fuit de mense maii.

Domina Altadonna, uxor Ianni Donati, de regione Sancti Iovenalis, testis iurata dixit quod cum domina Godeville haberet filium suum Angelum et quodam die ipsa ivisset ad rivum causa abluendi pannos sue domus et dimisisset filium suum domi, reversa est postea in hora none, quem invenit amississe visum et torquebat membra quasi <sup>8</sup> homo vexatus. Unde vovit eum beato Ambrosio, quod ei suum filium liberaret, et accessit ad sepulchrum eius et ibi iacuit tota nocte; et in mane sequenti puer meritis beati viri plenissime est sanatus. Interrogata quomodo sciret quod non videret, respondit quod ponebat ei candelam adprehensam iuxta palpebram oculorum et non videbat.

Fistula  
in pede  
sinistro  
sanatur

C **41. MIRACULUM.** Rainerius Christiane, de regione Sancti Iovenalis, iuratus dixit quod cum haberet quamdam egritudinem in pede sinistro, que fistula dicebatur, quam tempore duodecim annorum habuerat, et multa fecisset a medicis remedia adhiberi et ad plura loca accessisset causa recipiendi sanitatem et hec nil sibi valent, immo dicit quod propter eius fetorem homines vix poterant tollerare, unde a domina Berta eius sorore exhortatus <sup>1</sup>, beato viro Ambrosio se devovit humiliter et devote, quatenus suis meritis gloriosis in dicto pede sibi redderet sanitatem, dicens quod si faceret, ad eius sepulchrum imaginem ceream deportaret et sibi esset devotus omni tempore vite sue. Ad cuius invocationem et eius meritis gloriosis ita cepit viriliter liberari <sup>2</sup>, quod tertio die post votum a predicta infirmitate plenissime est curatus, ita quod nunquam a predicta perpessus est postea aliquam lesionem, immo ligamenta que semper portaverat ex toto proiecit sentiens omnimode sanitatem. Interrogatus de tempore voti, respondit: de mense maii, in domo sua, presen-

tertio die  
post votum  
emissum.

tibus dicta domina Berta et domina Sabbatina eius sororibus.

Domina Berta, uxor quondam <sup>3</sup> Petri Tramadate, soror dicti Rainerii, testis iurata dixit quod iam sunt XII anni et plus quod ipsa vidit Rainerium predictum infirmitate pedis sinistri laborantem, que fistula dicebatur, et ad plura loca dixit quod accessit causa recipiendi sanitatem et multa alia fecit que nil sibi valuerunt, et dicit ista quod ipsa pluries mutabat ei et propter eius fetorem vix poterat tollerare et tantam putredinem faciebat. Unde hec testis dixit ei quod ipse beato Ambrosio se voveret. Qui beato Ambrosio se devovit de mense maii proxime preteriti ut sanitatem sibi redderet in pede suo, dicens quod ad eius sepulchrum imaginem ceream deportaret. Et voto facto, tertio die post, meritis viri <sup>4</sup> Dei plenissime est sanatus, ita quod ligamenta que portaverat ex toto proiecit sentiens omnimode sanitatem.

E Domina Sabbatina, soror carnalis predicti Rainerii, testis iurata dixit quod iam sunt duodecim anni quod ipsa vidit Rainerium predictum infirmitate predicta in pede laborantem, et dixit quod accessit ad plura loca causa recipiendi sanitatem et multa fecit remedia adhiberi <sup>5</sup> que nil sibi valerent contra infirmitatem eandem; et voto emisso viro Dei, a predicta infirmitate tertio die post, meritis beati viri, plenissime curatur, ita quod nunquam a predicta infirmitate perpessus est postea aliquam lesionem.

**42. MIRACULUM.** Domina Bemmegnate Bemvenuti Raini (1), de regione Sancti Iovenalis, iurata dixit quod cum filius suus staret super solarium domus eiusdem domine et ista cum convicinis suis staret ante domum ad sedendum, audivit <sup>1</sup> sonitum cuiusdam tabule de solarium corruentis <sup>2</sup> et tunc dicta domina sono audito in continenti dixit: « Sancte Ambrosi, tibi commendo filium meum, quia super solarium domus predictae est. » Et una cum convicinis suis accessit et invenit tabulam deorsum ruentem. Et ibat petendo puerum suum et respexit sursum et vidit puerum tenentem manum circa trabim domus sue et pendebat inferius in aere. Et tunc domina predicta vocavit mercedem beato Ambrosio, ut eum teneret donec ipsa posset ascendere ad eum. Et sic ascendit solarium et invenit puerum sic suspensum. Interrogata quanti temporis sit ipse puer, respondit: unius anni et IIII mensium. Et hoc fuit de mense maii proxime preteriti, presentibus domina Santesse Iohannis Freserie, Frabessa filia Iohannis Porcellecti, domina Ildrebandessa uxore Leonardi notarii, et domina Gratia uxore Cittadini eiusdem regionis.

Domina Santesse Iohannis Freserie, de regione Sancti Iovenalis, iurata dixit quod cum ista domina staret cum dicta Bemmegnate et aliis mulieribus supradictis suis convicinis ante domum dicte Bemmegnate <et> sederent, audiverunt

PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

Puer  
anniculus  
e solario  
domus  
decidens,

invocato  
a matre  
Ambrosio,

ad trabem  
manet  
suspensus.

<sup>6</sup> demonstrabat R. — <sup>7</sup> ad add. dein del. R. — <sup>8</sup> quasi R. — <sup>1</sup> exortata R. — <sup>2</sup> in rasura R. — <sup>3</sup> corr., prius quamdam R. — <sup>4</sup> virii R. — <sup>5</sup> quod add. dein del. R. — <sup>1</sup> audivit R. — <sup>2</sup> erruentis R et infra.

(1) « Benvegnate di Benvenuto di Ramo » FUMI, op. c., p. 133.

sonum



PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

sonum cuiusdam tabule corruentis domus dicte domine Bemmegnate et tunc domina Bemmegnate dixit: « Filius meus est super solarium domus sue. Sancte Ambrosi, tibi cum commendo. » Et sic omnes accesserunt et invenerunt tabulam deorsum ruentem et respexerunt<sup>2</sup> sursum super solarium et viderunt puerum pendentem in aere tenentem manum circa trabim domus predictae inferius; et tunc domina Bemmegnate petiit mercedem beato Ambrosio, ut teneret donec ascenderet solarium ad iuvandum eum; et ista domina cum aliis supradictis stabat inferius, ne<sup>3</sup> puer caderet, ad colligendum; et sic mater ascendit solarium et invenit puerum sic pendentem. De omnibus aliis interrogata, dixit ut mater pueri.

Domina Frabessa, filia Guidonis<sup>4</sup> Porcollecti, iurata dixit suo iuramento idem in omnibus et per omnia ut domina predicta Bemmegnate.

Ildrebandessa, uxor Leonardi Petri notarii, iurata dixit suo iuramento idem quod predictae.

**B** Domina Gratia, uxor Cittadini, de regione Sancti Iovenalis, iurata dixit <idem> quod domina Bemmegnate.

Ego Rainerius Guidonis notarius predicta omnia de mandato predictorum dominorum R. Urbevetaui et G. Suanensis episcoporum et C. prioris Sancti Iohannis de Platea et in ipsorum presentia scripsi et signavi sub annis Domini millesimo ducentesimo quadagesimo, indictione tertiadecima, tempore domini Gregorii pape noni.

Signum dicti (L. S.) Rainerii notarii.

43. Die quartodecimo intrante iulii.

*Infans  
bimulus  
a morbo  
caduco  
convalescit*

**MIRACULUM.** Mercus Albasarius (1), de regione Sancti Iovenalis, iuratus dixit quod cum haberet<sup>1</sup> filium suum nomine Mercutium (2), habentem xx menses, laborantem morbo caduco, vovit eum beato Ambrosio et vocavit ei mercedem quod liberaret filium eius. Ad cuius votum et invocationem liberatus est statim. Interrogatus quibus <verbis> usus est in voto, respondit quod dixit: « Sancte Ambrosi, libera filium meum, et ego quolibet anno in tua festivitate dabo comedere amore tui quatuor pauperibus. » Interrogatus quanto tempore habuerat dictum morbum puer, respondit: tempore unius anni; et qualiter tangebatur eum, respondit quod in qualibet hebdomada ad minus tribus vicibus vexabatur. Interrogatus quibus testibus quando eum vovit, respondit: pluribus; et hoc fuit de mense maii proxime preteriti intrante dicti mensis. Interrogatus si dictus morbus eum postea vexavit, dixit quod non, immo<sup>2</sup> meritis beati viri statim plenissime est curatus.

Domina Fatia, uxor Merki Albasarii predicti, iurata dixit quod cum haberet filium suum nomine Mercutium<sup>3</sup> laborantem morbo caduco, ita quod in qualibet hebdomada<sup>4</sup> tribus vicibus

vexabatur ad minus, quam infirmitatem fuerat D passus unius anni spatio iam elapso; et voto facto beato Ambrosio, meritis beati viri a predicto morbo statim extitit liberatus, ita quod ille morbus eum post votum non vexavit.

44. **MIRACULUM.** Domina Margarita, uxor Albonecti Petri Martini, iurata dixit quod cum haberet filium suum nomine Dainellum duorum annorum et dimidii et fractus esset et membrum eius orribile videbatur, eo die quo migravit a seculo bone memorie beatus Ambrosius accepit ipsamet manum beati Ambrosii et fecit signum crucis in membro eiusdem pueri et statim liberatus est. Interrogata quanto tempore passus fuerat dictus puer, respondit: ex quo ipsa pensavit sunt septem menses. Interrogata qualiter se haberet puer, domina predicta coram domino R. episcopo Urbevetano, episcopo Suanensi, priore Sancte Crucis, priore Sancti Iohannis, episcopo Fratrum Minorum (3) et me notario duxit, et bene liberatus erat. Item dixit quod demonstraverat<sup>1</sup> pluribus medicis et omnes dicebant ei quod faceret mitti laticium (4) membrum eius, quia aliter incurabilis erat. Et dicit quod frequenter credebatur eum mori ex illo morbo. Interrogata si retinebat ligamenta idem puer, respondit: sic<sup>2</sup>; et si modo portat, respondit: non, immo<sup>3</sup> meritis beati viri die predicto plenissime est sanatus.

Guido, filius Petri Martini, testis iuratus dixit quod cum Dainellus, filius domine Margarite predictae eius cognate, fractus esset in pectine et membrum eius orribile videbatur, ita quod medici dicebant de illo <quod> non posset ulterius liberari nisi faceret mitti laticium membrum eius; unde mater eius, eo die quo beatus Ambrosius a seculo migravit, accessit ad corpus eius cum puero supradicto, cum beatus Ambrosius iacebat in feretro. Et, ut mater pueri sibi retulit, dixit quod duxit manum beati viri super membrum pueri et fecit signum crucis. Et cum reversa fuit domum, puer a predicta infirmitate plenissime est curatus, quem prius viderat infirmum et in reversione sanum. Quam infirmitatem dicit quod fuerat passus parum minus uno anno, et ligamenta que prius portaverat ex toto proiecit sentiens omnimode sanitatem.

45. **MIRACULUM.** Domina Altamilia, uxor Arruvini (5), de regione Sancti Angeli de Pusterula civitatis Urbisveteris, iurata dixit quod cum Arruvinus eius vir infirmaretur et esset in articulo mortis et haberet apostema, et dolorem circa locum apostematis pateretur, ita quod refrigerescebant<sup>1</sup> membra eius tanquam hominis morientis, et omnes medici dicebant quod de illa egritudine moriebat et erat incurabilis; unde cum domina predicta custodiret eum quadam nocte et domina Fatia Guilielmi Ianfortis staret cum ea, petiit auxilium beato Ambrosio

*Ambrosii  
nuper  
defuncti  
manus  
admota  
puero  
herniam  
curat.*

**E**

**F**

*Apostema  
incurabile.*

<sup>2</sup> respuerunt R. — <sup>3</sup> corr., prius nec R. — <sup>4</sup> aut hic erravit scriba, aut superius ubi eundem vocat Iohannem.

43. — <sup>1</sup> corr., prius haberet R. — <sup>2</sup> inno R.

(1) « Marcus Abbasarius » *Dialogus*, num. 16, p. 153. — (2) « Mercutius » *Dialogus*, ibid. — (3) An Pandolphus, de quo supra, num. 7, p. 574? — (4) I.e.,

— <sup>2</sup> Mercutium R. — <sup>4</sup> corr., prius hedomata R.

44. — <sup>1</sup> demonstraverat corr. R. — <sup>2</sup> (i. p. r. s.) in rasura R. — <sup>3</sup> inno R.

45. — <sup>1</sup> refrigerescebant R et infra.

si quid intellego, relaxari, fieri laxum. — (5) « Seramia uxor Arvini » *Dialogus*, num. 28, p. 163; « Altamilia... Arcuvino » *Fumi, Processo*, p. 133.

et



A et vovit eum beato Ambrosio ut eum liberaret <sup>2</sup> dicendo: « Sancte Ambrosi, libera virum meum et michi redde eum, quia pro mortuo eum teneo; et ego donec vixero dabo de meo amore tui. » Ad cuius votum et invocationem, in continenti crepuit apostema et statim est liberatus. Interrogata quomodo sciret quod habuerit apostema, respondit quia vidit eum emittere sanguinem <sup>3</sup> per hos et aliam putredinem multam. Interrogata quando hoc fuit, respondit: de mense aprilis, tempore sue migrationis, de die non recordatur, in domo sua. Item dicit quod medici diffidaverant eum et dicebant quod erat incurabilis; et sic die facto de lecto surrexit, recuperavit pristinam sanitatem; quod ante votum aliquid non poterat sentire.

Domina Fatia Guillelmi Ianfortis, de regione predicta, testis iurata dixit quod cum ista domina ad petitionem domine Altamilie predictae ivisset ad custodiendum quadam nocte Arruvinum, eius virum, qui maximam infirmitatem patiebatur, et haberet apostema et dolorem circa locum apostematis patetur, ita quod eius membra refrigescerent tanquam hominis morientis, et dicit quod medici dicebant quod erat incurabilis. Interrogata quomodo scit, respondit: quia est eius convicina et stabat omni die cum ea. Unde cum staret in media nocte et ipse Arruvinus esset in articulo mortis, dicta domina incepit petere auxilium et vocare mercedem beato Ambrosio dicendo: « Beate Ambrosi, libera et redde michi virum meum, et ego semper volo de meis bonis amore tui dare. » Ad cuius invocationem in continenti crepuit apostema et emisit sanguinem <sup>3</sup> per hos et aliam putredinem multam. Interrogata quomodo sciret quod habuerit apostema, respondit: propter sanguinem <sup>3</sup> quem vidit emittere per hos eius et aliam putredinem multam. Interrogata quando fuit, respondit: de mense aprilis, tempore migrationis beati viri, in domo dicti Arruvini. Et sic in continenti a predicta infirmitate beati viri meritis plenissime est curatus et in mane sequenti de lecto surgens recepit pristinam sanitatem.

fluzus  
aloi,

C  
46. MIRACULUM. Glorius <sup>1</sup>(1), de regione Sanctorum Apostolorum civitatis predictae, iuratus dixit quod cum laboraret morbo dissenterico et haberet maximam infirmitatem, ita quod lectum propter fluxum ipsius fedebat <sup>2</sup> stratum suum repentino fluxu ventris, ita quod quolibet die erat necesse quod omnes <sup>3</sup> panni sui lecti bis abluerentur, quod homines non poterant tollere. Unde dicit quod invocavit auxilium beati Ambrosii ut ipse suis meritis liberaret eumdem. Ad cuius invocationem in continenti extitit liberatus; et sic modo dicit quod bene exercet officium suum. Interrogatus quanto tempore habuerat illam infirmitatem, respondit: spatio vi annorum et plus. Interrogatus quibus verbis usus est in voto, respondit quod vocavit mercedem beato Ambrosio ut eum suis meritis li-

beraret. Interrogatus quibus presentibus, respondit quod pauper homo erat, non erat quis in domo sua semper qui eum audiret. Immo dixit quod pluribus vicibus non poterat habere aliquam personam que sibi daret de aqua. Interrogatus quando fuit hoc, respondit: de mense maii intrante, et multi sciebant eum illam infirmitatem habere; et dicit quod plures sue convicine audiverunt eum sic dicentem cum stabant ante hostium domus sue.

Domina Bellafante, uxor quondam magistri Carbonis, testis iurata dixit quod iam sunt vi anni et plus quod vidit Glorium predictum eius convicinum morbo dissenterico taliter laborantem quod eius fetorem pre fluxu <sup>4</sup> ventris homines non poterant tollere et in lecto iacens bruti <sup>5</sup> animalis more in fetore proprio marcescebat. Vovit se beato Ambrosio et, voto facto, a predicta infirmitate plenissime est curatus. Interrogata quando fecit votum, respondit: de mense maii, tempore migrationis beati viri, cum hec staret ante domum ipsius; et statim meritis beati viri extitit liberatus.

Domina Sibilis Iohannis, eiusdem regionis, convicina Glorii memorati, <dixit> quod iam sunt vi anni et plus quod vidit Glorium predictum dissenterico morbo taliter laborantem quod homines pre fluxu <sup>4</sup> ventris eius fetorem non poterant tollere, et sic in fetore proprio marcescebat. Tandem beato Ambrosio se devovit et, voto facto, a predicta infirmitate plenissime est curatus. Et hoc fuit de mense maii proxime preteriti, et hec stabat ante domum ipsius Glorii quando sic dixit: « Voco mercedem beato Ambrosio ut me suis meritis dignetur liberare. » Et statim meritis beati viri extitit liberatus.

Domina Rosa, uxor Magaloceti, regionis predictae, testis iurata dixit quod cum Glorius predictus eius convicinus vitio dissenterico laboraret, quod eius fetorem pre fluxu <sup>6</sup> ventris homines non poterant tollere, dicens quod qualibet die erat necesse quod panni sui lecti bis abluerentur, et vovit se beato Ambrosio, et meritis eiusdem est plenissime liberatus. Interrogata quanto tempore vidit eum habere infirmitatem predictam, respondit: tempore viii annorum, ut sibi videtur. Interrogata quando fecit votum et liberatus est, respondit: de mense maii proxime preteriti; et quibus presentibus, respondit: eius convicinis que stabant ante hostium Glorii nominati quando dicebat: « Sancte Ambrosi, tibi voco mercedem ut tuis meritis gloriosis digneris me misericorditer liberare. » Ad cuius invocationem statim extitit liberatus.

Domina Orvetana, uxor Salamonis, predictae regionis, iurata dixit idem quod domina Rosa predicta de predicta infirmitate et curatione.

47. MIRACULUM. Bonacursus Rainaldi, de regione Sancti Fustini extra portam maiorem civitatis Urbevetane, iuratus dixit quod cum hos filii Rainaldi sui feteret et lingua eius multum esset corosa, in genis vulnera gravissima <sup>1</sup> nata

herpes  
in lingua  
et ore  
sanantur.

<sup>2</sup> libaret R. — <sup>3</sup> sanguinem R.

46. — <sup>1</sup> in rasura R. — <sup>2</sup> ita R. — <sup>3</sup> su add.

dein del. R. — <sup>4</sup> fluxu R. — <sup>5</sup> bructi R. — <sup>6</sup> fussy R.

47. — <sup>1</sup> gravissa R.

(1) « Gillius » *Dialogus*, num. 43, p. 174.  
*Novembris Tomus IV.*



PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

erant, ita quod multum videbatur hos orribile et putredosum. Et dicit quod non poterat invenire aliquem medicum qui eum curaret, et puer nondum erat trium annorum <et> per se a patre petiit ut eum duceret ad sepulchrum sancti Ambrosii. Quem puerum pater duxit et vovit eum beato Ambrosio et facto voto eo die liberatus est puer. Interrogatus quanto tempore fuerat passus illam infirmitatem, respondit: uno mense<sup>2</sup> antequam fecisset votum, sicut penserat ex fetore, quia aliter nesciebat. Interrogatus quando votum fecit et liberatus est, respondit: de mense maii proxime preteriti, post migrationem eius.

Domina Diamante, uxor Bonacursi predicti, testis iurata dixit quod cum hos filii sui Rainaldi feteret multum et lingua eius multum esset corosa et vulnera in genis gravissima nata erant, et multa fecisset<sup>3</sup> per medicos remedia adhiberi et contra predictam infirmitatem nil valerent, puer nondum erat trium annorum et per se a patre petiit ut eum duceret ad sepulchrum beati Ambrosii. Quem puerum ipse suus pater deportavit et vovit eum beato Ambrosio. Et voto facto, eo die in quo deportavit eum, puer est a predicta infirmitate beati viri meritis plenissime liberatus. Quam egritudinem habuerat plus uno mense et de mense maii extitit liberatus.

Domina Iemma, uxor Guidonis, cognata dicti Bonacursi, testis iurata dixit<sup>4</sup> quod vidit Rainaldum, filium dicti Bonacursi, et in hore et lingua et genis morbo pessimo laborantem, ita quod ille morbus linguam orribiliter comedebat, et vulnera in genis gravissima nata erant; et voto emissio beato Ambrosio, meritis beati viri plenissime est curatus.

Pulvis qui  
Ambrosii  
mortuum  
corpus  
contigerat  
puerum  
a maligno  
tumore  
liberat.

48. MIRACULUM. Domina Balseverina, filia Tedore Senensis, iurata dixit suo iuramento, que habitat in regione Sancti Dominici Fratrum Predicatorum, quod cum haberet quemdam suum filium nomine Nicolaum (1) habentem brachium sinistrum cum collo et gula tumore ac rubore taliter pergravatum quod omnes qui eum videbant dicebant propter illam infirmitatem puerum firmiter moriturum, accessit ad ecclesiam ubi iacebat beatus Ambrosius, volens ipsum sepulchro beati Ambrosii presentare devote: sed cum non posset pro multitudine<sup>1</sup> hominum ibi stantium, petiit de terra ubi corpus eius lotum fuerat sibi humiliter exhiberi. Quam cum<sup>2</sup> ad petitionem eius quidam frater de ordine Fratrum Minorum nomine Thomas sibi dedisset et ad collum pueri suspendisset ipsa, ad invocationem bone memorie sancti Ambrosii puer in continenti est liberatus. Interrogata quando fuit hoc, respondit: sequenti die post eius transitum. Interrogata quibus presentibus, respondit: domina Tedora eius matre et Balvina eius sorore, que venerant cum ista, et domina Guidoloea eius sorore.

Guidoloea<sup>3</sup>, filia Tedore Senensis, mulier religiosa, testis iurata dixit quod cum filius domine Balseverine, eius sororis, rubore ac tumore haberet brachium et collum tumefactum taliter et crossum et taliter iam amissum quod de eo non poterat se iuvare, sed contractum retro continue deportabat nec emplastri<sup>4</sup> medicamine poterat liberari<sup>5</sup>, a predicta sua sorore excitata, ad beati viri Ambrosii sepulchrum infirmantem filium deportavit. Et cum propter multitudinem gentium ibi adstantium, ad sepulchrum non posset accedere viri Dei, dicta sua soror a quodam fratre de terra ubi corpus beati viri lotum fuerat<sup>6</sup> sibi petiit exhiberi, et cum ad eius petitionem quidam frater nomine Thomas sibi dedisset, secundo die post transitum beati viri in sero ad collum pueri suspendit et beati viri meritis puer fuit in continenti plenissime liberatus et ad eius invocationem. Et hec dicit se scire quia predicta vidit quod sic fuerat passus duobus mensibus et plus.

Domina Balvina, soror predictae Guidoloeae, mulier religiosa, testis iurata dixit quod cum filius domine Balseverine predictae rubore ac tumore haberet brachium et collum taliter tumefactum quod eum erigere non poterat ullo modo sed contractum retro continue deportabat; quod sic fuerat infirmus<sup>7</sup> duobus mensibus et plus, nec poterat emplastri<sup>4</sup> medicamine liberari, a predicta Guidoloea excitata, ista audiente, dicta Balseverina ad beati Ambrosii sepulchrum infirmantem filium taliter deportavit et hec cum eadem accessit. Et cum propter multitudinem<sup>8</sup> gentium non posset ad sepulchrum dicta Balseverina accedere, a quodam fratre de terra ubi lotum fuerat corpus viri Dei sibi petiit exhiberi. Ad cuius petitionem quidam frater sibi dedit, secundo die post transitum beati viri; et in sero ad collum pueri suspendit ipsa ad eius invocationem. Qui puer beati viri meritis in continenti a predicta infirmitate extitit liberatus.

49. MIRACULUM. Palmeria, filia<sup>1</sup> quondam Albasie de Viterbio, que nunc habitat in contrata plani Scarlani eiusdem civitatis, iurata dixit suo iuramento quod primo anno quando dominus Gregorius papa venit Viterbium (2) ipsa ivit ad Sanctam Mariam de Orçanese, que fuerat consecrata a dicto domino papa eadem die, et cum sitiret, quidam puer hauriebat<sup>2</sup> aquam de puteo<sup>3</sup> illius ecclesie et ipsa petiit aquam, et quedam mulier prevenit eam volens prius bibere dicens: «Bibe de aqua, quod intrent mille demones corpus tuum.» Et bibit de aqua tunc et erat gravida et peperit post VIII dies filium masculum qui mortuus fuit. Et post partum incepit amittere vires manuum<sup>4</sup> et cepit fortiter clamare et mittebat maximos clamores. Et sacerdotes legebant verba Dei in auxilium eius. Demum fecit sibi legi rotulum et tunc vexatio de-

Daemonium frustra adiuratum

<sup>2</sup> ap add. dein del. R. — <sup>3</sup> corr., prius fecissent R. — <sup>4</sup> corr., prius quod R.

48. — <sup>1</sup> corr., prius multitudine R. — <sup>2</sup> in rasura; antea script. adp R. — <sup>3</sup> in rasura R. — <sup>4</sup> implastrum R, cf. § 35. — <sup>5</sup> (p. l.) corr.,

prius l. p. R. — <sup>6</sup> fuat R. — <sup>7</sup> infirmus R. — <sup>8</sup> multitudinem R.

49. — <sup>1</sup> a add. dein del. R. — <sup>2</sup> auriebat R et infra. — <sup>3</sup> putheo R et infra. — <sup>4</sup> manum R lectio dubia.

(1) « Nicoletus » *Dialogus*, num. 10, p. 147. — (2) Gregorius IX fuit Viterbii saltem a d. 8

nov. 1235 ad d. 7 maii 1236. Cf. AUVRAY, *Les registres de Grégoire IX*, t. II, pp. 192, 390.



A monum apparuit eam fortius vexantium, et dicit quod nunquam poterat audire evangelium nec aliqua verba Dei. Interrogata qui erant sacerdotes qui legebant exorcismos contra vexationem demonum, respondit: presbiter Biterbius, presbiter Bentivengna de Sancto<sup>5</sup> Andrea de plano Scarlani. Interrogata in quo loco legebant, respondit: in domo sua eius contrate. Interrogata quibus presentibus, respondit: ipsis presbiteris, sorore sua Brunactia, matre huius et aliis pluribus. Interrogata si aliquid intervallum cessabat vexatio demonum, respondit quod cessabat per unum diem; et quandoque vexabatur duodecim vicibus in die. Et dicit quod antequam bone memorie beatus Ambrosius a seculo migrasset, clamabant demones: «Natus est et vivus, qui nos debet extrahere<sup>6</sup>.» Et post obitum suum clamabant demones: «Eamus ad Ambrosium qui debet nos extrahere<sup>6</sup>.» Et nunc venit cum viro suo apud Urbemveterem ad sepulchrum beati Ambrosii de mense iulii sumus, xii die intrante. Ad cuius invocationem liberata est. Interrogata si persensit quando fugati sunt demones, respondit quod ita erat alienata mente quod <non> persensit. Interrogata qui erant presentes quando fugati sunt demones, respondit quod non recordatur propter alienationem mentis. Interrogata quis erat eius vir, respondit: Blasius pecorarius. Interrogata quanto tempore steterat cum eo, respondit: tempore quatuor annorum et plus; et illo anno in quo coniugata fuit hoc sibi accidit. Interrogata unde fuit oriunda<sup>7</sup>, respondit: de Viterbio.

Blasius<sup>8</sup> pecorarius, de plano Scarlani de Viterbio, testis iuratus dixit quod eo anno quando consecrata fuit ecclesia Sancte Marie de Orçanese, Palmeria uxor sua ivit ad dictam ecclesiam contra suam voluntatem, et cum staret, quidam iuvenis hauriebat aquam de puteo illius ecclesie. Dicta Palmeria petiit ab eo sibi potum dari et cum dare vellet, quedam mulier meretrix<sup>9</sup> voluit sibi auferre vas potandi; et quia ipsa non dedit ei, dixit sibi: «Bibe, quod intrent mille demones corpus.» Ipsa vero<sup>10</sup> Palmeria bibit postea, et post potum fecit signum sibi crucis. Reversa est domum et post viii <dies> peperit filium qui statim mortuus est. Et tunc apparuit post partum vexatio demonum et inceperunt eam infestare, et dicit quod unus illorum demonum erat iudex<sup>11</sup> et<sup>12</sup> non erat aliquis qui posset ei resistere in sapientia. Interrogatus si cessabat vexatio demonum, respondit quod sic<sup>13</sup> aliquando per diem; aliquando vexabant eam duodecim vicibus in die; et dicit quod quando vexatio demonum infestabat eam, tunc veniebant omnes convicini. Interrogatus que erant persone que faciebant exorcismos, respondit: clerici Sancti Andree de Viterbio. Interrogatus quanto tempore fuerat sic passa, respondit: tempore quatuor annorum; et sic de mense iulii qui nunc est, xii die intrante, ve-

nit cum ea ad civitatem Urbevetanam ad sepulchrum beati Ambrosii, et ad eius invocationem fugati sunt demones et liberata est in continenti.

50. MIRACULUM. Domina Bruna, uxor Bonacolti, de regione Sanctorum Apostolorum, iurata dixit quod patiebatur dolorem maximum in brachio dextro, ita quod brachium nec manum erigere sibi ad hos non poterat nec cum eo aliquid exercere. Unde dicit quod vovit se beato Ambrosio ut suis meritis eam liberaret. Que eo die in quo votum fecit est liberata et bene exercet officium suum. Interrogata quibus verbis usa est quando se vovit, respondit quod dixit: «Beate Ambrosi, libera me ab isto dolore quem patior, et ego deferam ad sepulchrum tuum brachium cere.» Interrogata quanto tempore passa fuerat illum dolorem, respondit: tempore duorum annorum. Interrogata si continue habebat dictum dolorem, respondit quod sic. Interrogata de tempore voti, respondit: de mense aprilis proxime preteriti, quodam die mercurii post Pascha<sup>1</sup>.

Ego Rainerius Guidonis notarius predicta omnia de mandato predictorum dominorum R. Urbevetani et G. Suanensis episcoporum et C. prioris Sancti Iohannis de Platea<sup>2</sup> et in ipsorum presentia scripsi et signavi sub annis Domini millesimo ducesimo quadagesimo, indictione tertiadecima, tempore domini Gregorii pape noni.

Signum dicti (L. S.) Rainerii notarii.

51. Die tertiodecimo exeunte mense iulii.

MIRACULUM. Bonagura Perosinus, de regione Sancti Fustini, iuratus dixit quod cum portaret quamdam tinam cum quibusdam aliis hominibus Nicole Braimandi civis<sup>1</sup> Urbevetani, causa tramutandi vinum robore corporis sui per Urbevetanam civitatem, sotii nimis pressi pondere supradicto totum ipsum pondus in ipsum hominem dimiserunt; que super pedem eius cadens, ita pedem amisit quod decem mensibus non potuit ambulare. Et cum non posset ad sepulchrum beati Ambrosii<sup>2</sup> accedere, in domo sua vovit se beato Ambrosio dicens: «Sancte Ambrosi, ego sum servus tuus; quod si liberaveris me, ego semper ero ad servitium tuum et quolibet anno in tua festivitate dabo comedere duobus pauperibus.» Preterea dicit quod ita impeditus erat quod ad deponendum non poterat se levare. Interrogatus quando votum fecit, respondit quod non recordatur<sup>3</sup>; et quibus presentibus, respondit: suis pluribus convicinis et uxore sua. Et meritis beati viri, voto facto, in continenti plenissime est sanatus.

Domina Bemegnate, uxor Domini<sup>4</sup>, regionis predictae, testis dixit quod cum Bonagura predictus ex lesione pedum non posset de lecto se movere, postmodum paupertate coactus manibus rependo<sup>5</sup> per lutum cepit publice<sup>6</sup> mendicare, et postea viri <Dei> Ambrosii meritis est plenissime liberatus; quod votum fecit ista presente et in continenti extitit liberatus, dicendo quod si eum liberaret suis meritis, quod daret

PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

*Infirmæ  
mulieri  
usus  
brachii  
restituatur.*

E

*Pes  
confractus  
sanatur.*

F

<sup>5</sup> sancta R. — <sup>6</sup> extrahere R. — <sup>7</sup> orriunda R. — <sup>8</sup> Palmerius R manifesta æquivocatione cum nomine uxoris. — <sup>9</sup> meretris R. — <sup>10</sup> palp add. dein del. R. — <sup>11</sup> in ras. R. — <sup>12</sup> ante add.

dein del. R. — <sup>13</sup> per add. dein del. R.

50. — <sup>1</sup> Passca R. — <sup>2</sup> Plathea R.

51. — <sup>1</sup> civi R. — <sup>2</sup> Ambrosi R. — <sup>3</sup> corr. R. —

<sup>4</sup> domini R. — <sup>5</sup> raperdo R et infra. — <sup>6</sup> pulice R. comedere

*in tumulo  
Ambrosii  
ener-  
gumenam  
dimittit.*



PROCESSUS comedere quolibet <anno> in sua festivitate  
CANONIZA- duobus <sup>7</sup> pauperibus et ad eius servitium per-  
TIONIS maneret toto tempore vite sue. Et hoc in domo  
sua, ipsa presente, uxore Bonagure et domina  
Altabora et aliis pluribus fuit.

Domina Altabora, de regione Sancti Fustini, testis iurata dixit quod cum Bonagura predictus ex lesione pedum non posset de lecto se movere, postmodum paupertate coactus <sup>8</sup> cepit publice mendicare manibus rependo per lutum. Et meritis beati Ambrosii, cui votum fecit ista presente in continenti, voto facto, extitit plenissime liberatus, dicens quod si eum suis meritis liberaret, quod ad eius servitium permaneret toto tempore vite sue et quolibet anno in sua festivitate daret comedere duobus pauperibus. Interrogata in quo loco fuit hoc, respondit: in domo dicti Bonagure, presentibus domina Bemegnate <sup>9</sup> Dominici et aliis pluribus.

Matronae  
pedibus  
captae

52. MIRACULUM. Domina Iemma, uxor quondam Gratiani, de regione Sancti Christofani, iurata dixit quod cum annorum vi spatio iam elapso sine baculo non posset ambulare, visitavit corpus beati viri Ambrosii, ut suis meritis eam dignaretur liberare. Et postea reversa est domum.

B. Ambrosius noctu  
apparens  
vires  
reddit.

In nocte sibi beatus Ambrosius apparens dixit ei: « Extende te. » Et ipsa extendit se; et in mane surgens sine baculo ambulavit et plenissime est sanata.

Domina Meglore, filia Petri Christofani, de Arobavilla <sup>1</sup>, uxor Scagni cappanarie, testis iurata dixit quod vidit dominam predictam infirmitate pregravatam, ita quod paucis passibus sine baculo poterat ambulare, quando clamaret et voces emitteret dolorosas <sup>2</sup>; et modo beati viri sancti Ambrosii meritis videt eam sine baculo publice ambulantem. Interrogata quomodo scit quod liberata sit meritis beati viri, respondit quod vidit eam ire ad sepulchrum, et hec ivit cum ea, et vidit eam ante sepulchrum plorare, quod Deus meritis beati viri ei redderet sanitatem. Interrogata quanto tempore vidit eam infirmam, respondit quod iam sunt v anni et plus.

C

Nicolecta, filia Nicole de Panni, testis iurata dixit quod vidit dominam Iemmam predictam vi annorum spatio iam elapso cum baculo ambulantem, et ad corpus beati viri accedens meritis beati viri extitit liberata. Interrogata quomodo sciret, respondit et dixit se esse convicinam eius et omnia bene scire et videt eam bene liberatam que prius sine baculo non poterat ullo modo ambulare.

Mulier  
religiosa  
ab  
apostemate  
in capite  
sanatur.

53. MIRACULUM. Bemmenuta, filia Bonfiglioli (1), de regione Sancti Iovenalis, mulier religiosa, iurata dixit quod cum in capite graviter patere- tur, ut medici dicebant quod erat apostema, ita quod dormire non poterat nec caput <sup>1</sup> in lecto tenere, voto emisso beato Ambrosio, per nares crepuit <sup>2</sup> in continenti apostema, et extitit plenissime liberata meritis beati viri. Interrogata quando fuit, respondit: tempore migrationis bea-

ti viri, presentibus sororibus suis. Interrogata D quanto tempore fuerat passa illam infirmitatem, respondit: quindecim diebus; et quibus verbis usa est in vocatione, respondit quod dixit quod si eam sanctus Ambrosius suis meritis liberaret, quod semper faceret bonum eius amore.

54. MIRACULUM. Nicola de Montaso, civis Urbevetanus, iuratus dixit quod cum clarum vinum emisset et postea taliter turbidum factum esset quod proicere vellet, rogavit beatum Ambrosium ut vinum iam perditum sibi redderet. Et eiusdem meritis, antequam pedes moveret, secundum pristinum gradum vinum recepit pro quo homines duxerat ad deportandum, et taliter sic invenit et rehabuit eum.

Vinum  
corruptum  
redinteg-  
ratur.

55. MIRACULUM. Buiactione de Catabulo (2), de castro domini episcopi Suanensis, iuratus dixit quod cum quedam infirmitas in suo guttore nata esset, ita quod propter sui orribilitatem comedere sive bibere nil valeret <sup>3</sup> nec aliquid operari, et a predicta infirmitate vii diebus taliter torqueretur quod vicinus morti omnibus appareret, tandem uxor sua vovit eum Deo et beato Ambrosio, quia non poterat ipse loqui; <et> cum medici subfragio pro predicta infirmitate non posset penitus liberari, meritis beati Ambrosii extitit liberatus, ita quod cum votum die dominico in sero fecisset, die lune in mane, posita scarsella ad collum eius, ut ad corpus beati accederet, plenissime est sanatus, ita quod comedere posset atque libere operari. Interrogatus de tempore quando votum fecit, respondit: die dominico xv intrante mense iulii, presentibus Berta Rusticuctii et aliis suis pluribus convicinis, dicens quod uxor sua dixit quod si eum <sup>4</sup> beatus Ambrosius liberaret, quod ad sepulchrum eius mitteret eum humiliter et devote.

Domina Berta Rusticuctii, eiusdem castri, testis iurata dixit quod cum vidisset Buiactionem predictum infirmitate pessima orribiliter laborare, ita quod nichil comedens nec bibens vicinus morti omnibus apparebat, voto facto beato Ambrosio ut dignaretur eum misericorditer liberare, secundo die meritis eiusdem plenissime <est> curatus, ita quod comedens et bibens posset omnia libere operari. Interrogata quam infirmitatem <sup>5</sup> habebat, respondit quod erat quedam infirmitas in gutture sibi nata, ita quod multum orribiliter videbatur et loqui non poterat ullo modo. Interrogata si interfuit voto, respondit quod sic; et quid <sup>6</sup> fecit uxor Buiactionis et quibus verbis usa fuit, respondit quod vocavit mercedem beato Ambrosio quod suum virum liberaret <sup>5</sup>, quod eum mitteret ad eius sepulchrum humiliter et devote. Et hec limina beati viri visitavit cum eodem.

Domina Iemma Donuli, de eodem castro, testis iurata dixit idem quod domina Berta <sup>6</sup> predicta de predicta infirmitate et curatione et voto; et hec visitavit cum eo limina beati viri.

56. MIRACULUM. Domina Franca, de regione

Tumor  
in gutture  
dissipatur.

E

F

Viatrix

<sup>7</sup> duo R. — <sup>8</sup> cohactus R. — <sup>9</sup> Bemegnate R.

52. — <sup>1</sup> lectio dubia. — <sup>2</sup> dolorosos R.

53. — <sup>1</sup> capud R. — <sup>2</sup> apo add. dein del. R.

55. — <sup>1</sup> corr., prius valebat R. — <sup>2</sup> corr. R. — <sup>3</sup> infirmitate R. — <sup>4</sup> quis R. — <sup>5</sup> et add. dein del. R. — <sup>6</sup> Bertha R.

(1) « Beneamata filia Bonsignoli » *Dialogus*, num. 27, p. 163. — (2) « Catabulo » FUMI, *Pro-*

cesso, p. 134.



oculis  
capta ad  
sepulchrum  
Ambrosii  
lumen  
recipit.

Sancte Marie, iurata dixit quod cum esset in Urbe causa orationis hoc anno in quadragesima<sup>1</sup> maiori intrante, amisit visum, quod nil videre poterat ullomodo. Unde rediit ad civitatem Urbevitanam, eam trahens<sup>2</sup> suus filius cecam et ad propriam reducens<sup>3</sup>; et postea visitavit sepulchrum sancti Ambrosii, eam trahens<sup>2</sup> domina Glaçata et alie sue<sup>4</sup> convicine; et cum media nocte iaceret ante sepulchrum beati Ambrosii, ad eius invocationem visum recuperavit. Interrogata quando recuperavit<sup>5</sup> et sepulchrum visitavit et votum fecit, respondit: de mense maii proxime preteriti. Interrogata quibus presentibus: quod erat plena ecclesia et etiam de suis convicinis audiverunt quando votum<sup>6</sup> fecit.

Domina Bellavieni, de regione predicta, testis iurata dixit quod cum prius viderit dominam Francam predictam bene videntem antequam ivisset Romam, postea eandem cecam et offendentem pedibus est intuita<sup>7</sup>; dicit quod cum dicta Franca per viam incederet, quia oculorum officio erat privata, de via egrediens muris et lapidibus se comprimebat, et ipsa per manum accipiens eam in viam iam perditam remisit. Et dicit quod accessit ad sepulchrum sancti Ambrosii et hec ivit cum eadem, et meritis beati viri visum recuperavit illa nocte in qua vovit, ita quod bene videt. Interrogata quanto tempore viderat eam cecam, respondit quod non recordatur. Interrogata quando liberata est, respondit: de mense maii. Interrogata si interfuit voto, respondit quod sic.

Domina Glaçata, uxor Girardi, eiusdem regionis, testis iurata dixit quod vidit dominam Francam predictam eius convicinam, postquam rediit<sup>8</sup> ab Urbe, ambulante sicut cecam, ita quod nil poterat videre nec per viam ambulare nisi aliqua persona duceret eam; et postea meritis beati Ambrosii liberata est, et dicit quod fuit ad sepulchrum beati viri cum ea causa recipiendi <sanitatem>, et dicit quod audivit quando se vovit beato viro. Interrogata quando liberata est, respondit: de mense maii proxime preteriti. Interrogata si modo bene videt, respondit quod sic; et quibus verbis usa fuit in voto, respondit quod dixit: «Beate Ambrosi, tibi voco mercedem ut michi tuis meritis gloriosis visum reddere digneris.» Interrogata quibus presentibus, respondit: ipsa<sup>9</sup> teste, domina Bellavieni predicta et aliis pluribus.

Puer moribundus vitae restituitur.

57. MIRACULUM. Domina Bemmenuta, uxor Nicole<sup>1</sup> Sanebaldi (1), iurata dixit quod cum haberet filium suum nomine Iohannem infirmum, ita quod de ipsius vita penitus desperaret, vovit eum beato Ambrosio dicens quod si eum liberaret, ad eius sepulchrum imaginem ceream deportaret et ad eius servitium permaneret toto tempore vite sue. Et sic voto <facto>, meritis beati Ambrosii in continenti extitit plenissime

liberatus. Interrogata quanto tempore habuerat dictam infirmitatem, respondit: vi diebus. Interrogata quando votum fecit, respondit: de mense iulii qui nunc est<sup>2</sup>; et quibus presentibus: domina Ingese filia Petri Maglavacce et aliis.

Domina Ingese, uxor Rainerii Sinebaldi, testis iurata dixit<sup>3</sup> quod cum filius domine Bemmenute predictae infirmitate maxima esset fortiter adgravatus, quod loquelam amiserat et de ipsius vita penitus desperabat; unde mater eius predicta, ista presente et domina Ligoria<sup>4</sup> Ioseppi, vovit eum beato Ambrosio, ut eum dignaretur liberare, dicens quod si eum liberaret, ad eius sepulchrum imaginem ceream deportaret et ad eius servitium permaneret toto tempore vite sue. Et sic voto facto, meritis beati viri puer recuperavit plenissime sanitatem. Interrogata quando fuit, respondit: de mense iulii.

Domina Ligoria Ioseppi, dicte Bemmenute convicina propinqua, testis iurata dixit de predicta infirmitate et sanitate [dixit] idem quod domina Ingese predicta.

58. MIRACULUM. Bondimmanus, de regione Sancti Leonardi, iuratus dixit quod cum in area tritulararet<sup>1</sup>, vento flante<sup>2</sup>, arista frumenti orribiliter in eius gutture tunc adhesit, et <cum> duobus diebus et duabus noctibus<sup>3</sup> propter aristam<sup>4</sup> vexaretur in gutture, voto emisso, meritis beati Ambrosii arista in continenti de gutture evolavit. Interrogatus quando fuit, respondit: de mense iulii. Interrogatus quibus presentibus, respondit: presentibus Bonacurso Laurentii, Ugulino et aliis pluribus. Interrogatus quibus verbis usus est in voto, respondit quod vocavit mercedem beato Ambrosio, ut eum dignaretur suis meritis liberare, et eius amore de suo daret semper.

59. MIRACULUM. Domina Tramandata, uxor Bemmenuti<sup>1</sup> Montanarii, de regione Sancti Constantii, iurata dixit quod <cum> vir eius derideret merita beati Ambrosii vocando ipsum sanctum Ambrolium, dolor magnus occupavit manum dextram eius, ita quod nichil poterat cum ea facere nec cibum porrigere hori suo. Unde inductus ab uxore ut se voveret beato viro, ad nimiam instantiam eius se vovit, et voto emisso, in continenti recepit omnimode sanitatem. Interrogata quando hoc fuit, respondit: de mense iulii; de die dicit se non recordari.

60. MIRACULUM. Domina Sopercla, uxor Accommandi, de regione Sancti Constantii, iurata dixit quod cum maxima infirmitate laboraret et multis esset doloribus oppressa et haberet apostema, et dolorem circa locum apostematis pateretur, ita quod de lecto erigere se non poterat nec levare, quod in fianco habebat, ita quod de ipsius vita omnimode desperabat; unde eo die quo bone memorie beatus Ambrosius a seculo migravit, in sero quasi in primo somno<sup>1</sup>, cum beati Ambrosii corpus iacebat in ecclesia, vovit

PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

Arista viri  
faucibus  
haerens  
educitur.

Irrisor  
Ambrosii  
divinitus  
plectitur

et paenitens  
sanatur.

Matrona  
graviter  
decumbens

Ambrosio  
recens  
mortuo

56. —<sup>1</sup> quadragesima R. —<sup>2</sup> traientem R. —<sup>3</sup> reducentem R. —<sup>4</sup> suo R. —<sup>5</sup> recupavit R. —<sup>6</sup> fecerunt add. dein del. R. —<sup>7</sup> scripsimus; munita R; q add. dein del. R. —<sup>8</sup> corr. R. —<sup>9</sup> ipse R.  
57. —<sup>1</sup> in rasura R. —<sup>2</sup> e R. —<sup>3</sup> (t. i. d.)

i. d. t. R. —<sup>4</sup> p add. dein del. R.  
58. —<sup>1</sup> aria tritulararet R. —<sup>2</sup> flanto R. —<sup>3</sup> bis script. R. —<sup>4</sup> arista R.  
59. —<sup>1</sup> Bemmenutti R.  
60. —<sup>1</sup> (i. p. s.) imprimo sonno R et infra.

(1) «Benvenuta moglie di Nicola Donebaldi» FUMI, *Processo*, p. 134.



PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

se dicens quod Deus per merita eiusdem fratris eam ab illa infirmitate dignaretur liberare et ipsa ad eius sepulchrum imaginem ceream deportaret et ad eius servitium permaneret toto tempore vite sue. Quo voto facto, in continenti pannos petiit sibi dari et de lecto surrexit, que spatio unius mensis iam elapso se prius erigere <sup>2</sup> [se] non potuit nec crura <sup>3</sup> descendere ullo modo; et ad corpus beati Ambrosii propriis pedibus accedens, in mane sequenti per domum cepit omnia ministrare, et ab ipsa infirmitate plenissime est curata. Interrogata quibus presentibus, respondit: Divitia Perusina, eius commatre, que eam semper custodiebat, Bono filio dicte Divitie et Ildrebandino filio suo.

votum  
sanata  
persolvit.

Domina Divitia Perusina, mater dicte Sopercle, testis iurata dixit quod cum domina Sopercla maxima infirmitate laboraret et multis esset doloribus oppressa, ita quod sua crura <sup>4</sup> non descenderat ullo modo sed <sup>5</sup> nec de lecto poterat se levare et haberet apostema in flanko, ut dicebant medici ad eam venientes, ita quod de ipsius vita omnimode desperabant; unde eo die quo bone memorie beatus Ambrosius a seculo migravit, in sero quasi in primo somno dicte domina Sopercla vovit se eidem, dicens quod Deus per merita sancti Ambrosii eam liberaret. Quo voto facto, meritis beati viri in continenti recuperavit plenissime sanitatem et corpus beati viri in continenti propriis pedibus visitavit et in mane sequenti per domum propriam cepit omnia ministrare que prius de lecto per unum mensem et plus per se non levaverat ullo modo. Interrogata quibus presentibus, respondit: Bono suo filio, Ildrebandino filio dicte domine Sopercle; et hec dicit se scire quia custodiebat eandem.

Bonus, filius Divitie predicte, testis iuratus dixit idem in omnibus ut Divitia predicte.

Infirmus  
ad ferale  
Ambrosii  
lectum  
convalescit.

61. MIRACULUM. Luca Tancredi <sup>1</sup> Brance, de regione Sancti Constantii, iuratus dixit, civis Urbevitanus, quod cum a nativitate sua habuerit unum testiculorum crossiorem alio multum, ita quod multum orribilis videbatur sed a quindecim annis retro, cuius occasione certis temporibus dolor occupabat eundem multum et femur multum inflabatur <sup>2</sup>, quod clamabat ita et mittebat voces sicut mulier que peperit nimio dolore; et dixit quod semper recipiebat penitentiam quia putabat mori, tam fortiter eum tenebat; et dixit quod prius vellet mori quam illam egritudinem habere; et dixit quod frequenter petierat consilium beato Ambrosio in vita sua; dixit tamen quod eo die quo beatus Ambrosius a seculo migravit, accessit ad locum ubi iacebat et accepit manum beati Ambrosii et posuit manum super femur suum et membrum faciendo signum crucis, et vocavit mercedem quod liberaret <sup>3</sup> eum. Ad cuius invocationem et tactum, statim liberatus est et tumor recessit. Interrogatus quomodo ille morbus tangebatur eum et quot vicibus, respondit: quolibet mense una vice, sed dicit quod tumor remanebat. Et modo optime est li-

beratus, ita quod nunquam a predicta infirmitate D perpeus est aliquam lesionem postea.

Domina Tedora, uxor Luce predicti, testis iurata dixit quod cum a xv annis elapsis vir eius habuerit unum testiculorum multum alio crossiorem, cuius occasione quidam dolor occupabat eum, ita quod femur orribiliter inflabatur, et clamabat et emittebat voces sicut mulier que peperit nimio dolore, ita vexabatur; a qua egritudine quolibet mense viii diebus ita fortiter erat captus quod [non] dormire non poterat ullo modo. Unde eo die quo beatus Ambrosius a seculo migravit, accessit ad locum ubi iacebat et manum suam duxit super femur suum et membrum, faciendo signum crucis, ita quod ea die tumor recessit et a predicta infirmitate beati viri meritis plenissime est curatus, ita quod nunquam a predicta infirmitate perpeus est postea aliquam lesionem.

Bartho, filius dicti Luce, testis iuratus dixit quod cum pater haberet unum testiculorum multum alio crossiorem, quod illius occasione quidam dolor occupabat eundem, ita quod femur eius orribiliter inflabatur <sup>4</sup>; a qua infirmitate quolibet mense fortiter erat captus, ita quod clamabat et emittebat voces tanquam mulier que peperit nimio dolore, quod die ac nocte viii diebus non poterat quiescere nec dormire. Unde eo die quo bone memorie beatus Ambrosius a seculo migravit, accessit ad locum ubi iacebat et, ut sibi retulit ipse Luca, dixit quod cepit manum beati viri et duxit super femur et membrum eiusdem; et eo die a predicta infirmitate meritis beati viri vidit eum plenissime liberatum et tumor <sup>5</sup> recesserat, ita quod nunquam a predicta infirmitate postea perpeus est aliquam lesionem.

62. MIRACULUM. Domina Rosa, uxor Magaloceti, de regione Sanctorum Apostolorum, iurata dixit <sup>1</sup> quod cum iaceret in nocte in domo sua in lecto una cum viro suo predicto et haberet quemdam suum filium parvum, nomine Leonardum, qui iacebat in cunis prope eam, et dum hec dormiret beatus <sup>2</sup> Ambrosius in somno venit et excitavit eam dicendo sibi: « Surge, quia filius tuus iacet inter arcam <sup>3</sup> et murum et iam subfocabitur. » Ipsa vero excitata ad vocem ipsius surrexit et clamavit virum suum predictum dicendo ei qualiter sanctus Ambrosius dixerat ei. Et sic surrexerunt et rimati sunt cunas in quibus puer debebat iacere, quem non invenerunt. Unde accesserunt ad locum predictum et ibi puerum invenerunt. Interrogata quando fuit, respondit: de mense iulii qui nunc est.

Magalocetus, vir domine predicte, testis iuratus dixit quod cum iste de mense iulii <sup>4</sup> quadam nocte in suo lecto iaceret in domo sua et dormiret, mulier predicta eius uxor vocavit eum et dixit ei qualiter beatus Ambrosius dixerat sibi de puero memorato. Quo audito, ut dictum est supra, statim surrexerunt et invenerunt eum in loco predicto.

Prolapsi  
e cunis  
infantuli  
dormien-  
tem  
matrem  
admonet  
Ambrosius.

<sup>2</sup> eregere R. — <sup>3</sup> clura R. — <sup>4</sup> clara R. — <sup>5</sup> set R.  
61. — <sup>1</sup> corr., prius Tancredi R. — <sup>2</sup> inflabatur R, qui add. dein del. et. — <sup>3</sup> libaret R. — <sup>4</sup> inflabatur R. — <sup>5</sup> tumorum R.

62. — <sup>1</sup> corr., prius de reg. s. a. i. dix. ux. Mag. R. — <sup>2</sup> bis script. R. — <sup>3</sup> corr., prius carcam R. — <sup>4</sup> illi corr. R, prius ilui.



*Mulieres Urbevetanae Venetiis peregrinantes, eversa nauticula, incolumes servantur.*

63. MIRACULUM. Domina Gisa, filia Tolosani, mulier religiosa, testis iurata dixit quod <cum> cum quibusdam Urbevetanis staret in quadam varca in Rivo alto Veneto quando ibant apud Sanctum Marcum causa orationis et redirent<sup>1</sup> ab ecclesia Sancte Lucie, ipsa varca in qua erat est revoluta, clamantibus xxvii personis ibi adstantibus: « Sancte Ambrosi, adiuva nos. » Et summersi sunt in aquam et sic ibant per aquam quandoque superius et quandoque inferius (1), et varca ab eis recesserat. Et ad rumorem venerunt tunc mulieres Venetiarum, que iurarunt eas ad pannos torquendos; et dicit quod de rebus suis nichil perdidit. Et hoc dicit quod fuit die Ascensionis<sup>2</sup> proxime preterito; et <ad> invocationem beati viri et eius meritis gloriosus sunt a mortis periculo liberate.

Domina Amata, serviens domini<sup>3</sup> Guilielmi Berardini Montanarii (2), mulier religiosa, testis iurata dixit idem quod domina Gisa predicta.

Ego Rainerius Guidonis notarius predicta omnia de mandato predictorum dominorum<sup>4</sup> R. Urbevetani et G. Suanensis episcoporum et C. prioris Sancti Iohannis de Platea et in ipsorum presentia scripsi et signavi sub annis Domini millesimo ducentesimo quadagesimo, indictione tertiadecima, tempore domini Gregorii pape noni.

Signum dicti (L. S.) Rainerii notarii.

64. Die nono exeunte mense iulii.

*Diphtheria sanatur.*

MIRACULUM. Domina Iacoba, uxor Ildribandini Martini de Lubriano (3), iurata dixit quod cum infirmitatem<sup>1</sup> gravissimam quatuor diebus in gutture pateretur, que livida vocabatur, ita quod comedere<sup>2</sup> nec bibere nil valeret, et propter ipsam infirmitatem verbum quasi amiserat et loquelam, et cum medicorum subfragio non posset penitus liberari sed morti vicina omnibus appareret, die lune in sero beato Ambrosio vocavit seipsam dicens: « Beate Ambrosi, si me ab ista infirmitate liberaveris usque mane, ita quod comedere et bibere valeam et ad domum propriam remeare, ad tua merita veneranda quam citius properabo<sup>3</sup>, et imaginem ceream faciens tibi ero devota omni tempore vite mee. » Que in mane surgens, beati Ambrosii meritis invenit se sanitati pristinae restitutam; et que ad aliam terram medicorum subfragia postulans accesserat cum dolore, beati Ambrosii meritis liberata cum gaudio et exultatione ad domum propriam<sup>4</sup> est reversa, ita quod libere comedens et bibens, a predicta infirmitate plenissime est curata, et ad sepulchrum eius devota veniens ceram emit, ex qua imago ad laudem beati Ambrosii est compacta. Interrogata de tempore, respondit: die martis xv exeunte iulio; et quibus presentibus: coram parentibus et vicinis.

63. —<sup>1</sup> reddent R. —<sup>2</sup> Sensionis R. —<sup>3</sup> corr., prius bni R. —<sup>4</sup> R. add. dein del. R.

64. —<sup>1</sup> infirmitate R. —<sup>2</sup> commede R. —<sup>3</sup> proparabo R. —<sup>4</sup> sa add. dein del. R. —<sup>5</sup> co-hacta R. —<sup>6</sup> Rubertitii R. —<sup>7</sup> remehavit R.

(1) « Cinque di sopra e cinque di sotto » FUMI, *Processo*, p. 134. — (2) Idem nomen in charta quadam an. 1240-41 apud FUMI, *Codice diplomatico*, p. 166. — (3) Lubriano, mand. di Ba-

Domina Sinagrana, uxor Carsidonii de Lubriano, testis iurata dixit quod cum prius dominam Iacobam predictam vidisset in gutture infirmitate pessima laborantem, ita quod coacta<sup>5</sup> medicorum subfragia requirere ad terram aliam accedere procuravit, postea beati viri meritis sancti Ambrosii vidit eam a predicta infirmitate plenissime liberatam. Et cum ipsa ad Urbem veterem accedens beati viri limina visitavit. Interrogata de tempore, respondit se non recordari de die, de mense tamen dicit: de iulio.

Domina Morvida, uxor Rubertii<sup>6</sup> de Lubriano, testis iurata dixit quod cum dominam Iacobam predictam vidisset infirmitate maxima in gutture pregravatam, et propriis manibus tetigit, ut morbum videret, tandem pertractans eum non posset consilium dare, ad aliam terram accessit medicorum subfragia postulando. Et cum die lune in sero se beato Ambrosio devovisset, sequenti meritis eiusdem plenissime est sanata, ita quod ad domum propriam liberata a predicta infirmitate remeavit<sup>7</sup>. Et ipsam comitata<sup>8</sup> est accedentem ad Urbem veterem, ut beati viri limina visitaret.

65. MIRACULUM. Guido Petri Brune notarius (4) iuratus dixit quod cum iste iaceret infirmus in lecto et infirmitate gravaretur, et uxor sua iaceret prope eum, posuit infantem suum<sup>1</sup> iuxta lectum in cunis. Et cum pro infirmitate dormire non posset, vir venerandus beatus Ambrosius apparuit in habitu Fratrum Minorum, resplendens sicut stella. Et iste incepit querere de gloria sua, et tunc beatus vir dixit ei: « Fili<sup>2</sup>, benedicaris a Deo a me; excita uxorem tuam et noli plus stare, quia filius tuus moritur et iacet curbatus inter lectum et murum. » Et iste excitavit uxorem et invenit puerum in loco predicto, qui quasi exanimis videbatur et in extremis laborare. Unde vocavit eum beato Ambrosio et statim extitit liberatus et dicit quod iacebat curbatus.

Domina Carabona, uxor Guidonis predicti, iurata dixit quod cum in lecto cum proprio viro iaceret et iuxta se puerum teneret in cunis, in noctis silentio beatus Ambrosius adstitit viro suo et cum ipso loquens hec quoque dixit: « Voca uxorem tuam, quia filius tuus moritur et iacet<sup>3</sup> curbatus; » quod hec fecit. Que a somno surgens filium suum in lecto<sup>4</sup> iuxta murum curbatum et quasi mortuum reinvenit, et devovit eum beato Ambrosio. Et meritis eiusdem in continenti recuperavit pristinam sanitatem. Interrogata de tempore, respondit: de mense iulii qui nunc est.

66. <MIRACULUM.> Domina Tedora<sup>1</sup>, uxor Manentis fabri<sup>2</sup>, iurata dixit quod cum haberet quamdam suam filiam nomine Morvidam a quadagesima maiori proxime preterita usque ad

—<sup>8</sup> comitata R.

65. —<sup>1</sup> bis script. R. —<sup>2</sup> filii R. —<sup>3</sup> corr., prius iaces R. —<sup>4</sup> (in lec) in ras. R.

66. —<sup>1</sup> in ras. R. —<sup>2</sup> frabi R.

gnorea, prov. di Roma. PARDI, op. c., p. 292. « Aldobrandino Martini di Subiano » FUMI, *Processo*, p. 134. — (4) Cf. FUMI, *Codice diplomatico*, pp. 166, 172.

mensem

PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

*Prolapsi  
e cunis  
infantuli  
B. Ambro-  
sius patrem  
insomnem  
admonet.*

*Ichthyosis  
sanatur*



PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

mensem iunii infirmitate dura ita gravissime sauciatam<sup>3</sup> quod de lecto non poterat surgere sine subsidio aliorum, que gutta cornea ab omnibus dicebatur, et quasi per totum corpus orribiliter erat plena, ita quod non poterat surgere nisi ab alio iuaretur, tandem vovit se beato Ambrosio, ut eam dignaretur liberare suis meritis gloriosis. Ad cuius invocationem statim plenissime est curata. Vir autem ad domum veniens vidit eam a predicta infirmitate liberatam, et hec graviter ferens cepit maledicere sanctum Dei, audiens ab uxore quod beatus Ambrosius eam suis meritis liberarat. Propter que predicta mulier ita graviter a predicta infirmitate conquisata est quod maior recidivatio videbatur quam fuerat infirmitas prius pulsa. Et cum predicta iaceret in domo sua in lecto infirmata, audiens quod beatus Ambrosius quamdam puellam de Montepulcano<sup>4</sup> sanaverat, dixit: «Sancte Ambrosi, alienas liberas et domesticas derelinquis. Rogo ergo te quatenus digneris me iterum liberare tuis meritis gloriosis; quod si feceris, in tuo festo unum pauperem reficiam omni anno, vel ad minus duos denarios pauperibus adrogabo.» Ad cuius invocationem ita statim plenissime est curata quod nunquam a predicta infirmitate post perpressa est aliquam lesionem. Interrogata de tempore voti, respondit: de mense iunii.

*Puer daemoniacus liberatur.*

**67. MIRACULUM.** Domina Sibilia, uxor quondam Addonis domini Ildribandi, iurata dixit quod cum haberet filium suum nomine Guidonem arripuit eum infirmitas et ita vexabat eum quod quasi daemonicus videbatur et omnem sensum amiserat quem habebat. Unde cum esset dominus Tinactius Urbevetanus miles in domo domine nominate, suasit ei quod puerum beato Ambrosio devoveret; que domina vovit eum, dicens si Deus meritis beati viri suum filium liberaret, ad sepulchrum suum imaginem ceream deportaret. Quo voto facto, puer in continenti libere est curatus. Interrogata de tempore, respondit: de mense iunii, quodam die lune, presentibus ipso domino Tinactio, domina Prima sorore Iohannis Barbette.

C

Dominus Tinactius Urbevetanus miles testis iuratus dixit quod cum esset in domo dicte domine Sibilie eius sororis que habebat suum filium nomine Guidonem, vidit quod infirmitas arripuit eum fortiter et ita vexabat eum quod daemonicus videbatur et omnem sensum amiserat quem habebat. Unde dixit eidem sue sorori quod eum beato Ambrosio devoveret quatenus eidem sanitatem redderet iam amissam. Et voto facto, visibiliter meritis beati viri plenissime est curatus.

*Moribundus amissus iam sensu ad vitam revocatur.*

**68. MIRACULUM.** Domina Bonadimane, uxor quondam domini Accentantis, testis iurata dixit quod cum haberet quemdam suum nepotem, filium Petri Leonardi, adeo infirmitate<sup>1</sup> gravatum, ita quod omnes medici de vita sua omnimode desperabant, et fecit fieri candelas pro eius obitu quem sperabant futurum<sup>2</sup>. Unde hec do-

mina vovit eum beato Ambrosio, quod eum liberaret. Et voto facto, meritis beati viri in continenti rediit<sup>2</sup> sibi loquela, et ab infirmitate predicta statim extitit liberatus. Interrogata de tempore quando fuit, respondit: de mense maii, presentibus domina Altagrata uxore Florentini et aliis pluribus.

Domina Veneria, uxor Dominici, de regione Sancti Iovenalis, testis iurata dixit quod cum nepos dicte domine Bonadimane esset infirmitate maxima pregravatus, quod loquelam amiserat quam habebat, ita quod medici de ipsius vita omnimode desperabant et in extremis videbatur penitus laborare et candeles erant<sup>4</sup> facte pro eius obitu quem sperabant parentes; unde domina Bonadimane predicta vovit eum beato Ambrosio, dicens quod si Deus meritis beati viri suum nepotem redderet sibi sanum, quem pro mortuo retinebat, quod deportaret imaginem cere ad eius sepulchrum. Quo voto facto, puer in continenti fuit locutus et a predicta infirmitate statim extitit liberatus. Interrogata de tempore respondit: de mense maii. Interrogata si interfuit voto, respondit quod interfuit et audivit et vidit predicta.

Domina Altagrata, uxor Florentini, eiusdem regionis, testis iurata dixit idem quod domina Veneria predicta, et interfuit predictis.

**69. MIRACULUM.** Rainerius Rusticctii, de regione Sancti Stefani, iuratus dixit quod cum occasione proiciendi lapides invasit<sup>1</sup> eum quidam dolor in brachio dextro, ita quod non poterat uti viribus eiusdem propter magnum dolorem, et habuerat iam sunt tres anni et plus. Unde cum beatus Ambrosius eo die quo migravit iaceret in feretro, accessit ad corpus eius et manum beati viri accepit et super brachium doloris duxit et statim ab ipso dolore extitit liberatus. Item dixit quod cum iniunctum fuisset<sup>2</sup> per omnes ecclesias Urbevetane civitatis ut omnes quibus Deus meritis beati viri ostenderat miraculorum potentiam veniret prohibitori<sup>3</sup> testimonium veritati, ipse tardavit venire. Unde quia non venit, ille dolor invasit<sup>1</sup> eum quem prius habuerat in brachio supradicto. Unde vovit se beato viro dicendo quod veniret ad testificandum de miraculo supradicto. Quo voto facto, dixit quod in continenti extitit liberatus.

**70. MIRACULUM.** Domina Gisa, uxor Marcelli (1), de regione Sancte Mustiole, iurata dixit quod cum haberet quamdam suam filiam nomine Flandinam duorum annorum et plus infirmitate plurimum adgravatam<sup>1</sup>, quod propinqua morti penitus periculo videretur, vovit eam<sup>2</sup> beato Ambrosio ita dicens: «Sancte Ambrosi, ego voveo tibi filiam meam, quod si liberaveris eam, omni anno in tua festivitate candelam magnitudinis dicte mee <filie> ad tuum sepulchrum portabo et xxv paternostros pro reverentia beati viri dicam.» Quibus expletis, puella, que se levare non poterat ullo modo, statim per se in lecto sana crexit et cum aliis puellis

*Ingratus dat poenas.*

*Puella voto matris a morte eripitur.*

<sup>3</sup> gravissima sociatam R. — <sup>4</sup> motepulcano R. — **68.** — <sup>1</sup> infirmitatem R. — <sup>2</sup> fucturum R. — <sup>3</sup> reddiit R. — <sup>4</sup> cadeles erat R.

**69.** — <sup>1</sup> invaxit R. — <sup>2</sup> o add. dein del. R. — <sup>3</sup> peribituri R.

**70.** — <sup>1</sup> agravatam R. — <sup>2</sup> eum R.

(1) «Tisa moglie di Martello» FUMI, *Processo*, p. 134.



A ivit in continenti ludendo. Interrogata quanto tempore habuerat dictam infirmitatem, respondit: VIII diebus; et quando liberata est, respondit quod non recordatur.

Domina Dainecta<sup>3</sup>, uxor Ruberti de Lipraga (1), testis iurata dixit quod cum filia domine Gise predictae esset infirmitate plurimum adgravata, ita quod de vita ipsius omnimode desperabat mater eius vovit eam beato Ambrosio, et meritis<sup>4</sup> sancti Ambrosii est plenissime liberata. Interrogata si interfuit quando mater fecit votum, respondit: non, sed mater quando puella per se surrexit de lecto clamavit eam, que testis eandem puellam sic adgravatam dimiserat in presenti; et exivit domum puella et ivit cum aliis puellis ludendo.

Oculi aegri, **71. MIRACULUM.** Domina Francisca<sup>1</sup>, uxor Compagni, de regione Sancti Fustini, iurata dixit quod cum haberet quemdam suum filium nomine Franciscum habentem albuginem in oculo dextro, ita quod tota die dictus puer dictum oculum manibus confricabat<sup>2</sup>, vovit eum beato Ambrosio et eundem puerum ad sepulchrum beati viri devote et humiliter apportavit et posuit super sepulchrum, et statim fuit de dicta albugine oculus<sup>3</sup> liberatus, qui multorum pulverum et medicorum <subfragio> ante non potuit liberari. Interrogata quando fuit, respondit: de mense iunii; et quibus presentibus, respondit: domina Ricca, que iverat cum ea tunc.

mammilla tumescens, Item dixit suo iuramento testis quod cum dicta Ricca in mammilla graviter pateretur, ita quod xv diebus in cantamine et medicamine medicum fecerat adhiberi, posuit tunc mammillam super sepulchrum beati viri dicens quod Deus meritis sancti Ambrosii in mammilla redderet sanitatem. Voto facto, antequam domum reversa fuisset, plenissime est curata meritis beati viri.

**72. MIRACULUM.** Domina Ricca, de regione Sancti Fustini, iurata dixit quod cum in mammilla graviter pateretur, ita quod multum erat orribiliter tumefacta et xv diebus in cantamine et medicamine medicum fecerat adhiberi, que sibi nullatenus profuissent, accessit ad sepulchrum sancti Ambrosii et mammillam super sepulchrum posuit. Voto emisso, antequam domum fuisset reversa, plenissime est sanata. Interrogata quibus presentibus quando ad sepulchrum accessit, respondit: domina Francisca, que simul iverant ad sepulchrum, de mense iunii.

Item dixit suo iuramento quod cum filius domine Franciscae predictae haberet albuginem in oculo, ita quod dictus puer tota<sup>1</sup> die manibus dictum oculum confricabat<sup>2</sup>, vovit eum sancto Ambrosio mater et tunc super sepulchrum posuit puerum suum et in continenti de dicta albugine fuit oculus liberatus. Interrogata quomodo sciret quod haberet albuginem idem puer, respondit: quia est eius convicina et videbat omni die.

<sup>3</sup> forsan legendum Damecta. — <sup>4</sup> beati add. dein del. R.

**71.** — <sup>1</sup> Francisca R hic et deinceps. — <sup>2</sup> confricabat R. — <sup>3</sup> corr., prius oculis R.

**72.** — <sup>1</sup> manibus add. dein del. R. — <sup>2</sup> confricabat R.

**73. MIRACULUM.** Domina Orvetana, uxor quondam Petri (2) Gualdroctii, iurata dixit quod cum haberet filium suum nomine Belbrunum qui fuerat et steterat contractus<sup>1</sup> tempore duorum<sup>2</sup> annorum et dimidii, et genua eius infixi ventri et pectori tenebat, ita quod inguina eius videri non poterant ullo modo nec tangi<sup>3</sup>, et totus erat desiccatus, ita quod non remanserant nisi ossa, et ex propriis manibus vix recipere poterat ullum cibum; unde vovit eum beato Ambrosio et deportavit eum ad sepulchrum eius et cum iaceret super sepulchrum idem puer, ad eius invocationem liberatus est. Interrogata quando fuit hoc, respondit: sequenti die post eius transitum, presentibus Scibana muliere de penitentia, Bartho Bonsignoris et aliis pluribus, die mercurii post horam none. Interrogata quibus verbis<sup>4</sup> usa est in voto<sup>5</sup>, respondit quod dixit: « Ego voco mercedem beato Ambrosio, ut filium meum liberet a tam maxima infirmitate et dolore quem patitur in corpore suo. »

Domina Castellana, filia naturalis domini Ugulini Greece (3), de regione Sancti Fustini, iurata dixit quod iam sunt duo anni et plus quod ipsa vidit filium domine Orvetane predictae, nomine Belbrunum, manibus et pedibus sic contractum<sup>6</sup> quod genua sua infixi ventri tenebat, ita quod inguina eius videri non poterant ullo modo et propriis manibus vix recipere poterat ullum cibum, et sic desiccatus erat quod de eo non remanserant nisi ossa. Unde sequenti die post migrationem bone memorie sancti Ambrosii, mater vovit eum sancto Ambrosio dicens quod Deus per merita beati viri suum dignaretur filium liberare, et eum ad sepulchrum beati apportavit et eadem die domum redivit et beati viri meritis plenissime est sanatus. Interrogata in quo loco fecit votum, respondit: ante domum dicte domine Orvetane, ista presente, domina Clara uxore Petri Vollarii et aliis suis pluribus convicinis.

Domina Clara, uxor Petri Vollarii, testis iurata dixit de predicta infirmitate et curatione idem in omnibus et per omnia ut domina Castellana predicta.

Domina Scibana, mater Cambelloctii, mulier religiosa, testis iurata dixit quod iam sunt duo anni et plus quod ipsa vidit Belbrunum, filium Orvetane predictae, manibus et pedibus sic contractum quod genua eius infixi<sup>7</sup> ventri tenebat, ita quod inguina eius videri non poterant ullo modo et propriis manibus vix recipere poterat ullum cibum, et sic desiccatus erat quod de eo non remanserant nisi ossa. Unde cum testis ista staret sequenti die post migrationem bone memorie beati Ambrosii ante sepulchrum suum, domina<sup>8</sup> Orvetana predicta tunc venit et filium suum deportavit quem super sepulchrum posuit, humiliter et devote mercedem clamando beato Ambrosio, quod ei suum filium liberaret. Et cum

PROGRESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS  
membra  
contracta,

E

F

bat R.

**73.** — <sup>1</sup> contrattus R et infra. — <sup>2</sup> (t. d.) in ras. R. — <sup>3</sup> tangni R. — <sup>4</sup> sup. lin. corr., prius presentibus R. — <sup>5</sup> bis script. — <sup>6</sup> contrattum R. — <sup>7</sup> infissa R et infra. — <sup>8</sup> corr., prius dicta R.

(1) Cf. FUMI, *Codice diplomatico*, pp. 165, 800. — (2) « Pari » FUMI, *Processo*, p. 134. — (3) FUMI, *Novembris Tomus IV.*

*Codice diplomatico*, p. 69-144 passim.



PROCESSUS puer super sepulchrum iaceret, audivit ossa  
CANONIZA- pueri conquassari et meritis beati viri statim  
TIONIS extitit liberatus. Interrogata quibus presentibus,  
respondit quod multi, non recordatur <qui>  
sint.

Altumare, filia Bonagure carrerii, testis iurata dixit quod cum ipsa staret sequenti die post migrationem sancti Ambrosii ante sepulchrum eius, domina Orvetana que habitat in regione Sancti Fustini venit tunc et deportavit quemdam suum <filium> contractum, quem vidit contractum manibus et pedibus, ita quod inguina videri non poterant et genua infixata ventri tenebat. Et cum idem puer super sepulchrum iaceret, mater<sup>9</sup> rogabat Deum et beatum Ambrosium ut eum liberaret. Voto etiam facto, puer in continenti liberatus est et audivit ossa pueri conquassari.

manus  
arida con-  
valescunt.

74. MIRACULUM. Cristofanus (1), qui moratur in hospitali Sancti Angeli de Pusterula Urbeveteri, iuratus dixit quod cum ipse haberet manum dextram contractam et siccam, ita quod manum et brachium ad hos sibi erigere non poterat nec levare, accessit ad sepulchrum sancti Ambrosii, ut eum suis meritis liberaret. Ad cuius invocationem per merita eius liberatus est. Interrogatus quando fuit, respondit: de mense de quo migravit. Interrogatus quibus presentibus, respondit quod tota ecclesia erat plena, et dicit quod fere pro maiori parte hominum civitatis sciebant eum illam infirmitatem habere. Interrogatus quanto tempore habuerat manum sic contractam, respondit: tempore x annorum et plus.

Imigla, filia Petri Benedectuli, de regione Sancte Marie, mulier religiosa, testis iurata dixit quod iam sunt viii anni et plus quod ipsa vidit Cristofanum predictum habentem manum et brachium dextrum contractum et manum siccam, ita quod eam erigere non poterat nec levare nec eam aliquid operari, immo<sup>1</sup> ipsam continue retro contractam deportabat et modo meritis beati viri est plenissime liberatus.

C Domina Scibana de regione Sancti Laurentii, mulier religiosa, testis iurata dixit quod vidit Cristofanum predictum habentem manum dextram contractam taliter et amissam, ita quod tam manum quam brachium erigere nec levare non poterat ullo modo, sed retro contractum continue deportabat. Unde accessit ad sepulchrum beati Ambrosii, quod eum suis meritis liberaret. Et meritis beati viri est plenissime liberatus. Interrogata quando fuit, respondit: de mense aprilis proxime preteriti; et quanto tempore fuerat sic contractus, respondit: tempore x annorum vidit eum sic.

Ego Rainerius Guidonis notarius predicta omnia de mandato predictorum dominorum R. Urbeveterani et G. Suanensis episcoporum et C. prioris Sancti Iohannis de Platea scripsi et signavi sub annis Domini millesimo ducentesimo qua-

dragesimo, indictione tertiadecima, tempore domini Gregorii pape noni.

Signum dicti (L. S.) Rainerii notarii.

75. Die sexto intrante mense augusti.

MIRACULUM. Domina Caradonna, uxor Giraldi, de regione Vallis Placte, iurata dixit quod cum ipsa esset in partu et germen sui partus mortuum<sup>1</sup> esset et non posset parere et germen quatuor menses haberet et in tam maximo dolore tribus noctibus et tribus diebus steterat, ita quod amiserat iam loquelam; unde cum hec esset in tam maximo dolore, vir eius predictus quarto die reversus est domum et vovit<sup>2</sup> eam beato Ambrosio dicens quod si eam liberaret, quod mitteret eam ad sepulchrum beati viri cum imagine cere. Quo voto <facto>, in continenti dicta mulier peperit et viri beati meritis in continenti extitit liberata. Interrogata de tempore, respondit<sup>3</sup>: de mense iunii; et quibus presentibus, respondit: domina Sclaraldie<sup>4</sup> uxore Gilii, viro suo predicto, et aliis pluribus de quibus non recordatur propter dolores<sup>5</sup> quos habebat. Interrogata si audivit votum quando fecit, respondit: sic, sed non poterat ipsa loqui.

Mulier  
e partu  
periculoso  
liberatur.

Domina Sclaraldie, uxor Gilii Tardate, testis iurata dixit quod cum domina Caradonna predicta esset in partu et non poterat parere, et tribus diebus et tribus noctibus steterat in tam magno dolore ita quod de ipsius vita penitus desperabat, et loqui non poterat, die quarto Giraldus eius vir vovit eam beato Ambrosio, ista teste et aliis pluribus presentibus, quod eam liberaret<sup>6</sup>. Et voto facto, in continenti dicta mulier peperit et libere est curata. Interrogata de tempore, respondit: tempore mensis iunii; et quibus presentibus, respondit: domina Iemma Andree molendinarii et aliis pluribus. Interrogata quibus verbis usus<sup>7</sup> est in voto, respondit quod dixit quod si beatus Ambrosius eam liberaret, quod mitteret eam ad sepulchrum suum cum imagine cere.

Domina Iemma, uxor Andree molendinarii, testis iurata dixit quod cum domina Caradonna predicta esset in partu et non poterat parere et tribus diebus et tribus noctibus steterat in tam magno dolore, ita quod de ipsius vita penitus desperabat et loqui non poterat, die quarto Giraldus eius vir vovit eam beato Ambrosio, et ista teste et aliis pluribus presentibus, quod eam liberaret. Et voto facto, in continenti dicta mulier peperit et libere est curata. Interrogata de tempore, respondit quod fuit de mense iunii; et quibus presentibus, respondit: ipsa teste, domina Sclaraldie predicta et aliis pluribus. Interrogata quibus verbis usus<sup>7</sup> fuit in voto, respondit quod dixit quod si beatus Ambrosius eam liberaret, quod eam mitteret ad sepulchrum suum cum imagine cere.

76. MIRACULUM. Galganus, filius Ranuctii Magnanelli, iuratus dixit quod cum esset Rome

Spina  
piscis

<sup>9</sup> mater// R.

74. —<sup>1</sup> con add. dein del. R.

75. —<sup>1</sup> mortuus R. —<sup>2</sup> vovit R. —<sup>3</sup> i add.

dein del. R. —<sup>4</sup> Sclaraldie R. —<sup>5</sup> (p. d.) in ras. —<sup>6</sup> libaret R. —<sup>7</sup> usa R.

(1) «Christoforus» *Dialogus*, num. 1, p. 143; «donna Cristofana» FUMI, *Processo*, p. 135.



15 iam  
dies  
faucibus  
haerens  
expellitur.

et comedisset piscem<sup>1</sup>, hos sive risca<sup>2</sup> piscis adhesit in gutture eius, ita quod salivam suam nec aliquid poterat deglutire. Unde cum xv diebus taliter pateretur, vovit se ex consilio matris viro beato Ambrosio et spina sive hos piscis, voto facto, in continenti cum sanguine<sup>3</sup> et carne exivit guttur<sup>4</sup> suum, quam recepit in manibus suis et matri suae et aliis suis pluribus convicinis demonstravit. Interrogatus de tempore, respondit: tempore migrationis beati viri, presentibus domina Clara eius matre, domina Iemma Andree molendinarii, quando votum fecit et spinam sive riscam ipse emisit.

Domina Clara, mater dieti Galgani, iurata dixit quod cum filius suus reversus fuisset ab Urbe cum spina sive osse<sup>5</sup> piscis in gutture suo, ita quod aliquid non poterat deglutire<sup>6</sup>; unde hec suasit ei quod voveret se beato Ambrosio et, voto emisso, in continenti spina piscis exivit guttur eiusdem cum sanguine et alia putredine, et statim est plenissime sanatus. Quam spinam ipse recepit in manibus suis et demonstravit suis convicinis. Interrogata de tempore, respondit: de mense aprilis proxime preteriti, ipsa presente quando votum fecit et risca exivit guttur eius, et domina Iemma Andree Mognarii<sup>7</sup>. Interrogata quibus verbis<sup>8</sup> usus in voto fuit, respondit quod dixit: « Sancte Ambrosi, libera me; quod si feceris, ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo. »

Domina Iemma predicta testis iurata dixit quod cum Galganus predictus fuisset reversus ab Urbe cum spina sive osse piscis in gutture suo, ita<sup>9</sup> quod aliquid non poterat deglutire; unde mater suasit ei quod se beato Ambrosio devoveret quatenus sibi redderet sanitatem iam amissam. Et voto emisso, statim risca piscis exivit guttur eiusdem cum sanguine et alia putredine et statim plenissime est sanatus. Interrogata de tempore, respondit: de mense aprilis proxime preteriti, ipsa presente, quando votum fecit et risca exivit guttur eius, et matre Galgani predicti. Interrogata quibus verbis usus fuit in voto, respondit quod dixit: « Sancte Ambrosi, libera me; quod si feceris, ad tuum sepulchrum imaginem ceream deportabo. »

Tumor  
in coxa,

77. MIRACULUM. Domina Guida, uxor magistri Pinerii, de regione Sancti Constantii, iurata dixit quod <cum> haberet tumorem magnum in coxa<sup>1</sup>, ita quod multum timebat de eo et orribilis videbatur, vovit se beato Ambrosio dicens quod si liberaret eam infra duos dies, quod iuraret dicere veritatem. Ad cuius invocationem tumor infra duos dies recessit et est bene liberata. Interrogata quanto tempore passa fuerat, respondit: per unum mensem. Interrogata de tempore quando votum fecit, respondit: de mense iunii proxime preteriti, de die tamen dicit quod non recordatur. Interrogata quibus

presentibus quando votum fecit, respondit: domina Risabella filia domine Adelascie<sup>2</sup> eius convicina. Interrogata de loco, respondit: ante domum domine Vite. Interrogata si aliqua persona sciebat de sua infirmitate, respondit quod erat in loco verecundoso, non demonstraverat<sup>3</sup> alicui.

78. MIRACULUM. Domina Dividitia<sup>1</sup>, uxor Benetende (1), de regione Sancti Angeli, iurata dixit quod cum haberet quamdam suam filiam nomine Riccamotangnam (2) habentem tumorem in collo maximum, collecta ibi putredine, fractus est tumor et exivit maxima quantitas<sup>2</sup> putredinis. Postea recidivavit tumor, ita quod peius est postquam prius<sup>3</sup>, cum putredine ac rubore maximo qui <magis> fortiter dictam puellam<sup>4</sup> quam ante affligebat. Unde vovit dictam puellam<sup>4</sup> sancto Ambrosio dicens: « Sancte Ambrosi, libera filiam meam a tam gravi dolore. » Et hoc fuit quodam sero cum mitteret eam ad lectum, scilicet<sup>5</sup> die dominico, et in mane cum surrexit est optime liberata. Interrogata de tempore, respondit: ad xv dies post migrationem bone memorie beati Ambrosii. Interrogata quanto <tempore> passa fuerat illam infirmitatem, respondit: xv diebus et plus.

79. MIRACULUM. Domina Gratia, uxor Spinelli fabri, de regione Sancti Andree, iurata dixit quod cum haberet maximum dolorem in capite et maxima infirmitate laboraret doloris capitis, ita quod dentes videbantur quod caderent de hore suo et oculi sui capitis exirent, tam fortiter eam tenebat dictus dolor, et dicit quod eo die quo bone memorie beatus Ambrosius a seculo migravit, antequam migrasset, ista accessit ad locum ubi iacebat et fecit duci manum suam super eius <caput> et post transitum vovit se beato Ambrosio et fecit imaginem cere et deportavit ante sepulchrum eius. Ad cuius votum est in continenti liberata. Interrogata quanto tempore habuerat dictam infirmitatem, respondit: tempore x annorum. Interrogata quomodo vexabat eam dictus dolor, respondit: quatuor vicibus in mense, quod capiebat eam in mane et tenebat eam usque ad horam none, et sic quatuor diebus. Interrogata quibus presentibus, respondit quod erat plena ecclesia ubi iacebat beatus Ambrosius; et quando votum fecit, respondit quod erat domina Achia uxor<sup>1</sup> quondam Andree Pompognani; et quibus verbis usa fuit in voto, respondit quod vovit se beato Ambrosio dicens quod si eam liberaret, ad suum sepulchrum imaginem ceream deportaret. Quo voto facto, statim plenissime est sanata, ita quod de illa infirmitate postmodum non persensit.

80. MIRACULUM. Domina Sclaraldie, uxor Gili Tardate (3) de Valle Platta, iurata dixit quod cum haberet filium suum habentem maximam infirmitatem et fluxum sanguinis per sessum

PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

alius in  
collo dis-  
solventur.

Mulier ad  
B. Ambro-  
sium  
morientem  
accedens  
a capitis  
morbo  
convalescit.

A fluxu  
sanguinis  
et a lactis  
fastidio

76. —<sup>1</sup> piscem R hic et infra. —<sup>2</sup> rissca R et infra; intellege: arista. —<sup>3</sup> saguine R et infra. —<sup>4</sup> guctur R. —<sup>5</sup> in ras. R. —<sup>6</sup> deglutire R. —<sup>7</sup> an scriptum pro molendinario? —<sup>8</sup> est add. dein del. R. —<sup>9</sup> quod eum add. R.

77. —<sup>1</sup> cossa R. —<sup>2</sup> con add. dein del. R. —<sup>3</sup> demonstrat R.

78. —<sup>1</sup> d add. dein del. R. —<sup>2</sup> quantitatis R. —<sup>3</sup> q add. dein del. R. —<sup>4</sup> puella R. —<sup>5</sup> silicet R.

79. —<sup>1</sup> uxore R.

(1) « Divitia uxor Benetendi » *Dialogus*, num. 31, p. 165. — (2) « Ficta Montagna » *Dialo-*

*gus*, ibid. — (3) De iisdem cf. supra, num. 75, p. 602.

pateretur



PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS  
infans  
curatur.

pateretur et lac penitus aborreret, ita quod de ipsius<sup>1</sup> vita omnimode desperabat, vovit cum beato Ambrosio et cum ad sepulchrum beati viri deportavit, dicens quod si Deus meritis beati suum filium liberaret, imaginem ceream ad eius sepulchrum deportaret. Quo voto facto, puer in continenti plenissime est curatus. Quam infirmitatem fuerat passus duobus <mensibus> iam elapsis. Interrogata de tempore voti, respondit: tempore migrationis beati viri; et quibus presentibus quando accessit ad sepulchrum, respondit: Stefania, eius vicina propinqua, que iverat cum ea.

Domina Stefania predicta iurata dixit quod iam sunt duo menses quod ipsa vidit filiam domine Sclaraldie predictae infirmitate maxima laborantem, et fluxum sanguinis per sessum passus<sup>2</sup> erat et lac omnimode aborrebat, ita quod de ipsius vita penitus desperabat; mater vovit cum beato Ambrosio et ad eius sepulchrum deportavit dicens quod si Deus meritis beati viri suum filium liberaret, imaginem ceream ad eius sepulchrum deportaret. Quo voto facto, viri beati meritis infans in continenti plenissime est sanatus. Interrogata de tempore, respondit: sequenti die quo migravit beatus Ambrosius.

Quadrata  
sagitta  
vulneratus  
persanatur.

**81. MIRACULUM.** Mancinus balistrarius, de regione Sancti Angeli Urbevetane civitatis, iuratus dixit quod cum esset in ossidione Castellionis de Valle Orçe (1), quidam de ipso castro percussit eum in flanko cum quatrello balestri, ita quod quatrellum<sup>1</sup> intravit latus eius mensura semmessi (2), ita quod non poterat videri ferum. Et cum ex percussione ipsius se graviter lesum sensisset, invocavit auxilium beati Ambrosii viri Dei dicens: «Beate Ambrosi, adiuva me, quod ego possim venire ad domum tuam.» Ad cuius invocationem quatrellum tetigit et statim leviter exivit dictum quatrellum sine aliquo dolore, ita quod quasi non persensit. Et dicit quod nunquam apparuit fissura dicti quatrelli nisi mensura medietatis unius unctie in concavitate. Interrogatus quando fuit, respondit quod fuit tertio die intrante mense maii proxime preteriti. Interrogatus quibus presentibus, respondit: Iohanne camerario communis de Scetona (3) et aliis pluribus, et dicit quod multi temptaverunt fissuram quatrelli et eam invenire nullatenus potuerunt nisi signum.

Manus  
luxata  
restituatur.

**82. MIRACULUM.** Ildrebandinus Rainerii, de Corbario (4) Urbevetane diocesis, <dixit> quod cum occasione cuiusdam maleficii, quod dicebatur fecisse, fuisset suspensus per manum in altum et fuisset sibi manus dextra abstricta, ita quod eam extendere non valebat nec cum ea<sup>1</sup> aliquid operari, sed inceperat penitus desiccari;

unde cum staret in area<sup>2</sup> (5) in nocte, vidit in D visione fantasmam que ita abstringebat manum eius unde fuerat lesus, quod eam destruere videbatur. Unde cum cruciaretur in manu predicta, invocavit beatum Ambrosium dicens: «Domine, adiuva me.» Et tunc apparuit in somnis eidem dicens: «Noli timere.» Et manum predictam accepit et ipsam extendens ei<sup>3</sup> tribuit sanitatem. Interrogatus quanto tempore fuerat passus, respondit: quindecim diebus; et quando sanitatem recepit, respondit: die quinto exeunte iunio, in nocte. Interrogatus qui erant<sup>4</sup> presentes, respondit: non aliquis sed in area<sup>2</sup> iacebant Diotaiuti Rustici (6), Jacobus Cesarii, quibus in mane retulit predicta.

**83. MIRACULUM.** Fredericus Pepi Prudentii (7), nepos domini episcopi Urbevetani, iuratus dixit quod cum quadam nocte infantem suum gravi angustia detineret, ita quod laboraret penitus in extremis, ipse cum uxore sua preces porrexerunt Domino et bone memorie beato Ambrosio ut liberare dignaretur predictum infantem. Unde cum diutius permansissent in hac oratione usque mane, ad invocationem sancti viri beati Ambrosii cepit se levare et aperire oculos quo prius retinuerat sicut mortuus et statim liberatus est, et halitum<sup>1</sup> non persentiret; et dicit quod nullo modo poterat aperire hos. Interrogatus quando fuit, respondit: de mense iunii, de die tamen non recordatur propter multum dolorem quem habebat de puero memorato. Interrogatus quibus presentibus<sup>2</sup>, respondit: domina Viscontessa eius cognata, uxore Peponis Fidantie, que iverant ad planetum<sup>3</sup> huius et eius uxoris. Item dicit quod cum dolorem maximum haberet sub humero quatuor diebus, ita quod quasi erat ad mortem, vovit se Deo et beato Ambrosio et liberatus est statim eius meritis. Et dicit quod de miraculis sancti Ambrosii dubitabat<sup>4</sup> prius quam hoc sibi accideret, et modo dicit quod credit de eo omnia que dicuntur, quia vidit et videt cottidie.

Domina Verdenovella, uxor Frederici predicti, de predicta infirmitate et curatione iurata dixit suo iuramento in omnibus ut Fredericus predictus.

**84. MIRACULUM.** Verdiana<sup>1</sup> Perusina, de regione Sancti Dominici, iurata dixit quod cum defecisset visus eius ita quod officium suum nullo modo poterat exercere nec etiam acum videre, dixit quod accessit, eo die quo beatus Ambrosius a seculo migravit, ad locum ubi iacebat et fecit sibi duci manus suas per oculos suos et statim liberata est. Et bene videt ita quod bene exercet officium suum, et mittit filium in crunam (8) acus; in presentia dominorum episcopi Urbevetani, episcopi Suanensis, subprioris Sancti Se-

Filius  
parvulus  
ab angina  
infantili,

pater  
ab umeri  
dolore  
convales-  
cunt.

Mulier  
oculis  
capta,

80. —<sup>1</sup> ipsi R. —<sup>2</sup> passum R.

81. —<sup>1</sup> corr., prius quatrellum R.

82. —<sup>1</sup> eam R. —<sup>2</sup> aria R. —<sup>3</sup> et R. —<sup>4</sup> erat R.

83. —<sup>1</sup> alitum R. —<sup>2</sup> d add. dein del. R. —<sup>3</sup> plantum R. —<sup>4</sup> dubitat R.

84. —<sup>1</sup> corr. R.

(1) Castiglion d'Orcia, circond. di Montepulciano, prov. di Siena. — (2) Antiqua mensura Urbevetana. FUMI, *Processo*, p. 135, annot. — (3) «Cetona» FUMI, *ibid.* (Circond. di Montepulciano, prov. di Siena.) Cf. PARDI, *op. c.*, p. 294. — (4) «Ryldebraldinus Ranutii de Corneto» *Dialogus*, num. 3, p. 144; «Aldobrandino di

Ranieri di Corbara» FUMI, *Processo*, p. 135. — (5) Perperam, opinor, intellexit FUMI, *Processo*, p. 135: «Stando sospeso in aria». — (6) «Dio-lasciti rustico» FUMI, *ibid.* — (7) Pepo Prudentii nominatur ap. FUMI, *Codice diplomatico*, pp. 116, 179. — (8) Italica vox est «foramen acus».



A veri (1), prioris Sancti Iohannis, fratris Bartholomei archidiaconi Urbis veteris, misit filium in crunam acus et est vetula L annorum et plus, et v annis steterat sic quod non vidit. Interrogata quibus <presentibus>, respondit quod erat plena ecclesia ubi iacebat beatus Ambrosius.

*homo tibiae  
cancro  
laborans.*

**85. MIRACULUM.** Stefanus Hermanni de Iglano iuratus dixit quod cum a duobus annis retro iam elapsis habuerit morbum in tibia, qui cancer vocabatur, pessimum et iniquum, ita quod de illo morbo totum crus sibi comedere videbatur, et multa fecisset a medicis remedia adhiberi et nil sibi valerent contra infirmitatem, tandem ad <sup>1</sup> beati viri Ambrosii sepulchrum accessit et votum fecit dicens: « Sancte Ambrosi, libera me, et ego de eo quod lucratus fuero dabo semper amore tui. » Et voto facto, intra duos dies morbus est desiccatus, et a predicta infirmitate est plenissime liberatus. Interrogatus quando fuit hoc, respondit: de mense maii proxime preteriti, ante sepulchrum beati Ambrosii, et plena tunc erat ecclesia.

*puella  
umero  
luxata  
persanatur.*

**86. MIRACULUM.** Domina Amata, uxor quondam Bartholomei, iurata dixit <sup>1</sup> quod cum haberet quamdam suam filiam nomine Verderosam, que cecidit de quadam fenestra sue <sup>2</sup> domus, ita quod humerus eius erat fractus nec convinctus esset postea auxilio medicorum, et xx diebus portaverat brachium posterius retortum, vovit eam beato Ambrosio et eam misit ad sepulchrum, et reversa est domum, in continenti brachium elevavit <sup>3</sup> et plenissime est sanata. Interrogata eadem <sup>4</sup> puella que verba dixerat ad sepulchrum, respondit: « Sancte Ambrosi, libera me nec medici magis me offendant nec dolorem faciant michi, quia mater mea multum <sup>5</sup> te dilexit et in nullo te offendit. »

Domina Orvetana, uxor quondam Petri Acci, de regione Sancti Constantii, testis iurata dixit quod cum filia domine Amate de quadam fenestra <sup>6</sup> cecidisset, ita quod humerus eius esset fractus nec convinctus esset postea auxilio <sup>7</sup> medicorum, et portaverat xx diebus brachium posterius retortum, tandem mater vovit beato Ambrosio eam et eam misit ad sepulchrum et <sup>8</sup> puella reversa est domum, in continenti brachium elevavit <sup>3</sup> et plenissime est sanata. Et mater tunc interrogavit filiam <sup>9</sup> quid dixerat ante sepulchrum, que sic dixit: « Sancte Ambrosi, libera me ne medici unquam offendant me, quia mater mea multum te dilexit et in nullo te offendit. »

*Puer  
a febre  
liberatur.*

**87. MIRACULUM.** Domina Dolcemia, uxor quondam Ianni Petri Ose, de regione Sancti Angeli, testis iurata dixit quod cum quinque diebus vidisset filium domine Amate, uxoris Bartholomei, duris <sup>1</sup> febribus <sup>2</sup> laborantem, tandem a matre pueri exhortata <sup>3</sup> ipsum taliter infirmantem ad beati viri Ambrosii tumulum deporta-

vit, rogans eum quatenus a predicta infirmitate eum suis meritis liberaret. Et sic cum ad eius <sepulchrum> tenuisset, a predicto puero exhortata <sup>3</sup> ipsum in terram ponens, sanus et incolumis ad domum propriam beati viri meritis suis pedibus est reversus. Ita quod numquam a dicta infirmitate post lesionem aliquam est perpeusus, nec de cetero sentiens <sup>4</sup> plenissime est curatus, qui prius se movere non poterat ullo modo. Interrogata quando fuit, respondit: de mense maii proxime preteriti.

Domina Amata, uxor Bartholomei predicti, iurata dixit quod cum haberet filium suum nomine Barthuctum vi diebus duris febribus <sup>2</sup> laborantem, ita quod movere se non poterat ullo modo, tandem dominam Dolcemiam predictam rogavit ut dictum puerum taliter infirmantem ad beati viri tumulum deportaret quatenus eundem rogaret ut eidem redderet sanitatem quem domina deportavit et ita puer meritis beati viri ad domum propriam propriis pedibus sanus et incolumis est reversus, ita quod numquam a dicta infirmitate postea lesionem aliquam est perpeusus nec de cetero sentiens plenissime est curatus. Interrogata quando fuit hoc, respondit: tempore migrationis beati Ambrosii viri Dei.

**88. MIRACULUM.** Domina Tedora, uxor Bonnanni Iohannis Mercatantis, iurata dixit quod cum maxima infirmitate laboraret, ita quod omnes qui eam videbant de vita sua penitus desperabant, idem vir eius vovit eam beato Ambrosio quod eam liberaret. Et sic cum iaceret in lecto, audivit vocem cuiusdam Fratris Minoris, et videbatur sibi manicas cape videre, qui dicebat quod surgeret et iret ad ecclesiam sancti Ambrosii et rogaret eum et dominam que multum eam iuvabit <sup>1</sup>. Et propter vocis dulcedinem non dabat ei responsum. Et odoris fragrantiam <sup>2</sup> sibi maximam dereliquit <sup>3</sup>, ita quod duobus diebus persensit de dicti odoris <sup>4</sup> fragrantia <sup>5</sup>. Et mulieres que cum ea pariter morabantur interrogabant eam unde venit ita dulcis odor; et capilli eius quasi redolere videbantur. Atque ita sanata est quod in mane surgens de lecto per domum suam cepit omnia ministrare. Et eodem mane imaginem ceream propriis manibus faciens <sup>6</sup> ad sepulchrum beati Ambrosii apportavit. Interrogata quanto tempore <sup>7</sup> habuerat dictam infirmitatem, respondit: per x dies; et quando liberata est, respondit: de mense iunii proxime preteriti; et quibus presentibus factum fuit votum, respondit: pluribus, de quibus non recordatur pro egritudine quam habebat.

Ego Rainerius Guidonis notarius predicta omnia de mandato predictorum dominorum R. Urbevetai et G. Suanensis episcoporum et C. prioris Sancti Iohannis de Platea <sup>8</sup> et in ipsorum presentia scripsi et signavi sub annis Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, indictione

PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

*Infirma  
in somnii  
viso  
sanitati  
restituatur.*

85. — <sup>1</sup> corr., prius ab R.

86. — <sup>1</sup> (i. d.) in ras. — <sup>2</sup> s add. dein del. R. — <sup>3</sup> elevavit R et infra. — <sup>4</sup> idem R. — <sup>5</sup> t add. dein del. R. — <sup>6</sup> cecij add. dein del. R. — <sup>7</sup> auxilio R. — <sup>8</sup> pull add. dein del. R. — <sup>9</sup> corr., prius filiam R.

87. — <sup>1</sup> corr., prius duribus R. — <sup>2</sup> fribibus R. — <sup>3</sup> exortata R. — <sup>4</sup> senties R.

88. — <sup>1</sup> iuvabat R. — <sup>2</sup> fragrantiam R. — <sup>3</sup> dereliquid R. — <sup>4</sup> ordoris R. — <sup>5</sup> fragantia R; que add. dein del. — <sup>6</sup> et add. R. — <sup>7</sup> bis script. R. — <sup>8</sup> Plate R.

(1) Cf. PARDI, op. c., p. 266.



PROCESSUS tertiadecima, tempore domini Gregorii pape no-  
CANONIZA- ni.

Signum dicti (L. S.) Rainerii <sup>9</sup>.  
Manus **89. MIRACULUM.** Domina Abbenante, uxor  
contracta, Ugolini Melachini (1), de regione Sancti Andree  
Urbevetane civitatis, iurata dixit quod hoc anno  
de mense februarii <sup>1</sup> peperit filium habentem  
manum dextram contractam, ita quod manus non  
poterat extendi. Unde dicit quod vovit eum beato  
Ambrosio; ad cuius votum Deus exaudiens <sup>2</sup>  
per merita eiusdem fratris puer in continenti est  
liberatus et habet ipsam manum bene rectam et  
sanam. Interrogata quibus verbis usa est in  
voto, respondit quod dixit: «Ego voco merce-  
dem beato Ambrosio quod si ipse liberabit fi-  
lium meum de manu contracta, ego deportabo  
imaginem cere ad sepulchrum eius et quolibet  
anno in sua festivitate pascam <sup>3</sup> duos pauperes.»  
Interrogata quantum est quod vovit eum, re-  
spondit: eo die quo ipse a seculo migravit, et eo  
die liberatus est puer. Interrogata quibus pre-  
sentibus, respondit: eius viro et alia sua familia,  
quia non demonstraverat <sup>4</sup> alicui puerum  
cum esset parvus et ex nimio dolore quem ha-  
bebat de eo.

Ugulinus Melachini, de regione Sancti Andree,  
vir domine Abbenantis predictae, iuratus dixit  
quod hoc anno de mense februarii <sup>1</sup> uxor sua  
predicta peperit filium masculum habentem ma-  
num dextram contractam, ita quod manus pre-  
dicta non poterat extendi. Unde mater pueri,  
eius uxor, vovit eum beato Ambrosio ut eum  
suis meritis liberaret. Et voto facto, meritis beati  
viri puer in continenti plenissime est sanatus.  
De omnibus aliis interrogatus dixit ut uxor sua.

**90.** Die vi intrante augusti.

latus item **MIRACULUM.** Domina Amata, uxor Andree  
contractum, de Paterno (2), de quadam villa prope civitatem  
Urbevetanam, iurata dixit quod cum haberet  
quemdam suum filium nomine Iohannem qua-  
tuor annorum et dimidii habentem latus sinis-  
trum contractum taliter et amissum quod infans  
per se movere nec levare non poterat ullo modo  
nec brachium erigere sed ipsum contractum retro  
continue retinebat; unde mater vovit eum beato  
C Ambrosio et deportavit puerum ad sepulchrum  
suum, et ibi iacuit tota nocte. Et in mane sequenti  
puer ad invocationem beati viri et eius meritis  
gloriosus plenissime est sanatus et bene per se  
vadit. Interrogata quibus verbis usa est in voto,  
respondit quod dixit: «Beate Ambrosi, tibi voveo  
filium meum, quod si eum liberaveris, ad tuum  
sepulchrum deportabo imaginem ceream et ad  
tuum servitium permanebo toto tempore vite  
mee.» Interrogata quibus presentibus quando  
votum fecit, respondit: domina Pineria matre  
huius, domina Maridonna eiusdem ville, et domi-  
na Clara Rainerii de eadem villa. Interrogata  
de tempore quando votum fecit, respondit: de  
mense iunii, die festivitatis sancte Rofene (3),  
proxime preteriti. Et dicit quod deportavit ima-  
ginem ceream ad eius sepulchrum. Interrogata

quanto tempore sic fuerat passus, respondit: D  
plus uno anno.

Domina Maridonna Rainerii, eiusdem ville,  
testis iurata dixit quod cum vidisset filium do-  
mine Amate predictae taliter adgravatum quod  
totum <sup>1</sup> latus sinistrum amiserat ante et retro,  
ita quod puer per se movere nec levare non po-  
terat ullo modo et brachium sinistrum retro con-  
tinue retinebat nec recipere poterat aliquid cum  
eodem; unde mater vovit eum beato Ambrosio  
dicens quod si ipse suis meritis gloriosis suum  
filium dignaretur misericorditer liberare, quod  
ad eius sepulchrum imaginem ceream deportaret  
et ad eius servitium permaneret toto tempore vite  
sue. Et sic dicta domina Amata ad sepulchrum  
beati viri suum filium deportavit et hec ivit  
cum eadem et aliis suis pluribus convicinis et  
mater pueri deportavit imaginem et ante sepul-  
chrum iacuit tota nocte; et in mane sequenti puer  
meritis beati viri plenissime est sanatus. Inter-  
rogata <sup>2</sup> de tempore voti, respondit: de mense  
iunii die festivitatis sancte Rofene, et alio mane  
sequenti extitit liberatus. Interrogata quibus  
presentibus, respondit: domina Prima (4),  
matre dicte domine Amate, domina Clara Rai-  
nerii et aliis pluribus. Interrogata quanto  
tempore steterat puer sic contractus, respondit  
se non recordari; et quomodo scit quod esset sic  
contractus et latus haberet amissum, respondit  
quia omni die eum videbat, et omnia dicit bene  
scire quia est eius convicina et dicit quod ante-  
quam illa infirmitas eum occupasset, vidit pue-  
rum bene sanum et ambulare. Interrogata quanti  
temporis sit puer, respondit: quatuor anno-  
rum, ut sibi videtur.

Domina Clara, uxor Rainerii, de eadem villa,  
testis iurata dixit suo iuramento quod cum do-  
mina Amata predicta haberet quemdam suum  
filium nomine Iohannem quatuor annorum et  
plus, habentem totum latus sinistrum amissum  
ante et retro, ita quod puer per se levare nec  
movere non poterat ullo modo, nec brachium  
erigere sed retro contractum continue retine-  
bat; unde mater vovit eum beato Ambrosio di-  
cens quod si ipse suis meritis dignaretur suum  
filium misericorditer liberare a tam grave in-  
firmitate et contractione, quod ad eius sepul-  
chrum imaginem ceream deportaret et ad eius  
servitium permaneret toto tempore vite sue. Et  
sic mater de mense iunii proxime preteriti, die  
sancte Rofene, beati sancti Ambrosii limina vi-  
sitavit et suum filium deportavit, et hec adso-  
tiavit eandem, et ante sepulchrum iacuit tota  
nocte. Et in mane sequenti infans meritis beati  
viri extitit plenissime liberatus, ita quod bene  
ambulat et <cum> aliis pueris vadit ubique. In-  
terrogata quomodo scit predicta, respondit:  
quia videbat puerum omni die et est eius con-  
vicina. Interrogata quanto tempore fuerat sic  
infirmus, respondit: tempore unius anni et  
plus. Et dicit quod vidit puerum bene sanum  
antequam illa infirmitas occupasset.

<sup>9</sup> bis script. R.

**89.** — <sup>1</sup> februarii R. — <sup>2</sup> exaudies R. — <sup>3</sup> pass-

cam R. — <sup>4</sup> demonstrat R.

**90.** — <sup>1</sup> tali add. R. — <sup>2</sup> bis script. R.

(1) «Avenante uxor Ugolini Melechini» *Dialogus*, num. 2, p.143.— (2) Cf. PARDI, op. c., p.291.

— (3) S. Rufinae v. m. sacer est dies 10 iulii.  
— (4) Superius eadem nominata erat Pineria.



pes fractus  
restituuntur.

91. Die quartodecimo intrante mense augusti. MIRACULUM. Benecasa (1) Amidei, de regione Sancti Stefani civitatis Urbevetae, iuratus dixit quod <cum> pro frumento suo accederet<sup>1</sup> et cum quadam muliere iter arripere versus Aglianum (2), predicta mulier subtilares quos cuidam homini recommendaverat<sup>2</sup>, oblivioni tradiderat, rogavitque istum ut pro subtilaribus<sup>3</sup> accederet et sibi citius<sup>4</sup> deportaret. Qui cum festinaret pro eisdem, ita in terram cecidit quod pes sinister fractus est, ita quod planta eius superius est conversa. Qui cum se vidisset pedem dictum taliter amisisse quod se movere non poterat illo modo, tandem beato Ambrosio se devovit ut eum suis meritis gloriosis dignaretur misericorditer liberare, dicens et utens hiis verbis: quod toto tempore vite sue ad sum servitium permaneret et bonum faceret eius amore. Quo voto facto, meritis beati viri recuperavit pristinam sanitatem et audivit ossa pedis multum conquassari. Interrogatus quando fuit, respondit: die dominico xi intrante Augusto, et alio die sequenti beati viri limina visitavit et super eius sepulchrum pro marito (3) dicte ecclesie faciendo posuit x solidos. Interrogatus quibus presentibus quando hoc sibi accidit, respondit: nullus erat; sed illis personis que iurant cum eo, que per moram distabant, retulit predicta.

Mulier  
a morbo  
caduco.

92. MIRACULUM. Domina Gratia, filia Damiani, de regione Sanctorum Apostolorum, uxor Ranuctii Ioseppi (4) notarii civitatis Urbevetae, iurata dixit quod patiebatur morbum caducum et cadebat in terram ita quod nullo modo persentiebatur<sup>1</sup> nec persentiret si tota domus combureretur cum ille morbus occuparet eandem. Unde vovit se beato Ambrosio et petiit mercedem, quod ab illo morbo eam liberaret. Ad cuius votum et invocationem<sup>2</sup> ipsa liberata est ita quod ille morbus eam non vexavit post. Interrogata quibus verbis usa est in voto, respondit quod dixit: « Ego voveo me beato Ambrosio quod ipse liberet me ab illo morbo, et ego deportabo imaginem cere ad sepulchrum eius et faciam semper bonum eius amore. » Interrogata quibus presentibus quando vovit, respondit quod erat plena ecclesia ubi iacebat beatus Ambrosius. Dicit tamen quod multi sciebant eam illum morbum habere; preterea cum ille morbus occupabat<sup>3</sup> eandem, pro maiori parte de suis vicinis veniebant ad planctum<sup>4</sup> pueri sui, quem aliquando in brachiis retinebat et ille morbus tangebatur eam. Interrogata quanto tempore habuit illum morbum, respondit: tempore v annorum. Interrogata quanto intervallo arripiebat<sup>5</sup> eam<sup>6</sup> dictus morbus, respondit: viii diebus, et dicit<sup>7</sup> quod nullo modo poterat evadere quin semper haberet in capite viii dierum et quandoque infra viii dies duabus vicibus, excepto post-

quam votum fecit, quod non habuit. Interrogata quando fecit votum, respondit: eo die quo bone memorie beatus Ambrosius a seculo migravit, et illo die prestolabatur habere quod non habuit.

Domina Antonia, soror carnalis domine Gratie predictae, testis iurata dixit quod cum dicta soror eius morbo caduco laboraret, ita quod cadens in ignem non poterat se suo subsidio adiuvari, et se ipsam non sentiens linguam suam propriis dentibus perforabat, ita quod pluribus diebus non poterat ipsa loqui et vix comedere, accedens ad sepulchrum beati Ambrosii<sup>8</sup>, votum fecit quod eam dignaretur suis meritis liberare. Voto etiam facto, a predicta infirmitate plenissime est curata, ita quod ille morbus eam postmodum non vexavit, qui in qualibet hebdomada eam vexabat fortiter et inique. Interrogata quanto tempore habuerat dictam infirmitatem, respondit: tempore v annorum et plus; et quando votum fecit: eo die, quo bone memorie a seculo migravit.

Domina Sibilina Iohannis Nobilis, de regione Sanctorum Apostolorum, testis iurata dixit quod iam sunt quinque anni et plus quod ipsa vidit dominam Gratiam predictam morbo caduco taliter laborantem quod semper in qualibet hebdomada eam una vice vexabat, ita quod dum esset alienata mente cadebat in ignem et planta eius comburebatur<sup>9</sup>, ita quod predicta domina pedes eius de igne extrahens<sup>10</sup> et filium suum de brachiis pluries amovebat<sup>11</sup>, dicens quod ipsa vovit se beato Ambrosio et predicta domina Sibilina eandem adsotiauit ad beati viri corpus. Que se vovens beato viro recepit libere sanitatem, ita quod morbus predictus eam postmodum non vexavit. Interrogata quomodo scit predicta, respondit quod moratur iuxta eam, ita<sup>12</sup> quod non potest loqui quod eam non audiat. Interrogata de voto facto, respondit: eo die quo bone memorie beatus Ambrosius a seculo migravit.

93. In nomine Domini. Amen. Die ultimo mensis octobris<sup>1</sup>.

MIRACULUM. Iohannes pettinarius de Corneto (5) iuratus <dixit> quod cum occasione cuiusdam doloris qui eum cottidie<sup>2</sup> molestabat in spatula et brachio sinistro, qui dolor artetica vocabatur, taliter brachium amisisset quod ipsum ad hos sibi erigere non poterat illo modo nec aliquid operari cum eodem, sed ipsum retro contractum continue deportabat, tandem beato Ambrosio se devovit ut eum suis meritis misericorditer<sup>3</sup> liberaret, dicens quod si eum liberaret ab infirmitate predicta, suum sepulchrum visitaret et imaginem ceream deportaret ad honorem viri Dei. Quo voto facto, eo die in quo se devovit, meritis beati viri<sup>4</sup> recepit pristinam sanitatem, ita quod libere potest cum brachio predicto omnia operari, nec perpressus est postea

PROCESSUS  
CANONIZATIONIS

E

vir ab  
arthritide  
in brachio  
liberatur.

91. —<sup>1</sup> accedet R. —<sup>2</sup> recommendavat R. —<sup>3</sup> subtilaribus R. —<sup>4</sup> citius R.

92. —<sup>1</sup> persentiebatur R. —<sup>2</sup> et add. dein del. R. —<sup>3</sup> corr., prius occuparet R. —<sup>4</sup> plantum R. —<sup>5</sup> arripiebat R. —<sup>6</sup> il add. dein del. R. —

<sup>7</sup> in ras. R. —<sup>8</sup> et add. R. —<sup>9</sup> comburabatur R. —<sup>10</sup> extragens R. —<sup>11</sup> ammovebat R. —<sup>12</sup> corr. R.

93. —<sup>1</sup> octobris R. —<sup>2</sup> contidie R. —<sup>3</sup> sup. lin. —<sup>4</sup> corr., prius urri R.

(1) « Benecasa » *Dialogus*, num. 7, p. 146; FUMI, *Processo*, p. 136. — (2) « Adglanum » *Dialogus*, *ibid.*; « Agliano » FUMI, l. c. —

(3) « Parvus murus » DUCANGE, i. v. — (4) Cf. FUMI, *Codice diplomatico*, pp. 161, 162. — (5) « Corneto » FUMI, *Processo*, p. 136.

aliquam



PROCESSUS  
CANONIZA-  
TIONIS

aliquam lesionem ab infirmitate predicta nec de cetero <sup>5</sup>sentiens, plenissime est curatus. Interrogatus de tempore, respondit: de mense maii proxime preteriti; de die non recordatur, in Corneto, in ecclesia Fratrum Minorum eiusdem terre (1), presentibus pluribus fratribus dicti loci et Scagno Vivani <sup>6</sup>. Interrogatus quanto tempore fuerat passus illam infirmitatem, respondit: uno anno et plus.

Scagnus Vivani <sup>6</sup>, de eadem terra, testis iuratus dixit quod ipse vidit Iohannem pettinarium predictum tempore unius anni et plus taliter adgravatum quod cum brachio sinistro se iuvare non poterat ullo modo, sed contractum retro continue deportabat. Unde hac in estate proxime preterita, iste testis accessit cum eo ad locum Fratrum Minorum de Corneto, qui ibidem beato Ambrosio humiliter et devote <se devovit> rogavitque ipsum ut a predicta infirmitate et contractione eum misericorditer liberaret suis meritis gloriosis. Ad cuius invocationem, eo die <sup>7</sup> quo se vovit, vidit eum plenissime liberatum, ita quod libere poterat omnia operari, nec a predicta infirmitate perpressus est postea aliquam lesionem. Et iste testis cum eo beati viri limina visitavit.

Pueri  
emphysema  
detumescit.

<sup>94</sup>. In nomine Domini. Amen. Anno eius MCCXLI, indictione XIII, tempore Gregorii pape noni, die tertiodecimo exeunte mense februarii.

<MIRACULUM.> Domina Gualdrada, uxor quondam Boncabii, de Arcidosso (2) Clusin. dioc., iurata dixit quod cum haberet quendam suum filium nomine Bemmenutum XII annorum, spatio unius mensis et dimidii ita graviter infirmitatem ac inflatum totum a capite usque ad pedes sicut vesica <sup>1</sup> inflata penitus videbatur, ita quod puer per se revolligere nec movere non poterat ullo modo, sed in supina <sup>2</sup> apertis cruribus die noctuque iacebat et testiculi sui ita erant <sup>3</sup> inflati quod multum hominibus orribiles videbantur <sup>4</sup>, et dicit quod multa fecit per medicos et alios remedia adhiberi que nil sibi valebant contra infirmitatem eandem, immo morti propinquus omnibus videbatur; et dicit quod quidam medicus <sup>5</sup> comitis Pandolfi de Fascanello fecit fieri duas cocturas <sup>6</sup> puero memorato ferro candenti ut posset aliquatenus liberari, que sibi <nil> valuerunt. Unde cum hec domina custodiret filium suum taliter infirmitatem, audivit tunc dici quod quidam frater de ordine Fratrum Minorum migraverat apud Urbemveterem, meritis cuius fratris Deus multa demonstrabat <sup>7</sup>

cottidie miracula <sup>8</sup> gloriosa. Que fidem magnam D cepit habere, in continenti suum filium beato Ambrosio devovit dicens quod si Deus meritis viri Dei suum filium liberaret a tam pessima infirmitate, ad suum servitium permaneret toto tempore vite sue et cum eo ad sepulchrum beati viri accederet cum imagine cere. Ad cuius invocationem et eius meritis gloriosis in continenti de crure dextro visibiliter plenissime est sanatus et secundo die post a predicta infirmitate plenissime est curatus, ita quod a predicta infirmitate <sup>9</sup> non est perpressus aliquam lesionem. Et hoc dicit quod fuit de mense iulii proxime preteriti, in domo sua, presentibus Bonafidantia Arengerii et Recovaro Vitalis et aliis pluribus eiusdem terre.

Bonafidantia, filius quondam Arengerii, de eadem terra, testis iuratus dixit quod cum viderit filium domine Gualdrade predictae taliter adgravatum quod ita erat inflatus a capite usque ad pedes quasi pellis inflata sive plena, nec movere ac revolligere puer se non poterat ullo modo, et dicit quod mater multa fecit per medicos remedia adhiberi que nil sibi valebant, et dicit quod quidam medicus comitis Pandolfi fecit fieri duas cocturas puero memorato ferro candenti in testiculis, que nil sibi valuerunt. Demum mater vovit eum beato Ambrosio, isto audiente, presente et vidente et aliis pluribus eiusdem terre. Et voto emisso viro beato, puer visibiliter de crure dextro meritis beati viri in continenti fuit plenissime liberatus, et secundo die post a predicta infirmitate ex toto vidit puerum plenissime liberatum, ita quod a predicta infirmitate non est perpressus postea aliquam lesionem nec de cetero sentiens plenissime est curatus. Interrogatus quibus verbis usa fuit mater in voto, respondit quod dixit: « Beate Ambrosi, tibi voveo filium meum, ut si eum liberaveris tuis meritis gloriosis, ad tuum sepulchrum cum imagine cere veniam et tibi ero devota omni tempore vite mee. » Et hoc dicit quod fuit de mense iulii proxime preteriti. Et dicit quod viderat puerum ante taliter adgravatum spatio unius mensis et plus.

Recovarus, filius Vitalis, de eadem terra, testis iuratus dixit de predictis idem quod dictus Bonafidantia.

Ego Rainerius Guidonis notarius predicta omnia de mandato predictorum dominorum episcoporum et prioris et in ipsorum presentia scripsi et signavi.

Signum dicti (L. S.) Rainerii notarii.

<sup>5</sup> deceto R. — <sup>6</sup> an potius legendum Buiani? — <sup>7</sup> in add. dein del. R.

<sup>94</sup>. — <sup>1</sup> bissica R. — <sup>2</sup> supina R. — <sup>3</sup> erat R. —

<sup>4</sup> videbatur R. — <sup>5</sup> bis script. R. — <sup>6</sup> in add. dein del. R. — <sup>7</sup> demonstrabat R. — <sup>8</sup> corr., prius m. c. R. — <sup>9</sup> non per add. dein del. R.

(1) « Custodia Viterbiensis [in prov. Romana] habet locum... de Corneto ubi beatus Franciscus post suam mortem puerum a valvis ecclesie oppressum et conquassatum resuscitavit. » BAR-

THOLOMAEUS PISANUS, *Conformitates*, lib. XI, pars 2, in *Analecta franciscana*, t. IV, p. 515.— (2) Prov. e circond. di Grosseto.